

SUMMARIUM.

- 1 **A**gidiana Constitutio dispositio locum non habet si sententia sit iniusta.
- 2 Reciproca linearis nunquam inducitur si verba Testatoris satis verificari & adaptari possint descendenti- bus distributio utriusque lineae & n. 11.
- 3 Ad hoc ut reciproca linearis volita dicatur, necesse est quod verba sint adeo expressa sine lineari reciproca salvari nequeat dispositio Testatoris.
- 4 Idque eo magis procedit si agatur de fideicommissio condito a Transversali.
- 5 Et si Testator a principio non unicum Personam seu lineam sed plures lineas instituit.
- 6 Dicitur eos, est repetitiva reciproca facta inter primos institutos.
- 7 Declara ut repetat reciprocam discretivam in unaquaque linea non autem de linea ad lineam.
- 8 Reciproca linearis in fideicommissio facta a Transversali voluta non dicitur nisi praegnantia verborum, & ratio recti sermonis aliud non patitur, vel adimplentur vehementer consequatur non verificabilis nisi in reciproca de linea ad lineam.
- 9 Testator vocando lineam in numero singulari unam tantum lineam considerasse videtur.
- 10 Feminae non admittuntur nisi evacuata linea masculina.
- 12 Reciproca linealis non probatur ex praelatione masculorum ex digressionem ad plures substitutiones & ex alienationis prohibitionem.
- 13 Omnis est facienda interpretatio ut reciproca linealis excludatur.
- 14 Existentia fideicommissi non probatur ex assertione Haereditis.
- 15 Res alienata ex facultate fideicommissitensis remanet libera a fideicommissio, vide n. 16.

DECISIO LXVII.

**F**RANCISCUS de Parentibus post institutos Haeredes universales Ambrosium, & Joannem Mariam ambos pariter de Parentibus alterum tamen ex fratre, alterum ex sorore Nepotes subdidit. Et in caso che uno di loro mori senza figli maschi legittimi, e Naturali mori all'altro, & in questo medesimo caso uno succeda all'altro, e così anco li figli maschi da loro descendenti in perpetuo nel detto caso uno succeda all'altro, e mancando la linea masculina succedano le Femine per eguale portione.

Quare concessa ab A. C. immisione in omnibus bonis subiectis fideicommissio Francisci Felicis de Parentibus sorori Joannis Baptistae qui fuit filius Hyeronimi, & ultimus Masculus superites ex lineis vocatis a fideicommittente. Dubitavi an esset locus Aegidiana, & D. D. quoad Joannem Mariam, & Domum venditam ab Ambrosio eidem Joanni Mariae negativè responderunt propter injustitiam sententiae cujus ratione cessat Aegidiana, Rot. dec. 322. n. 1. 19. & alibi saepius.

Reciproca enim linearis cuius vigore Felix petit totum fideicommissum non concurrens expressè nec sufficienter resultat ex conjecturis, & quidem non concurrens expressè. Nam verba superius recentia possunt quidem inducere reciprocam inter Descendentes cujuslibet Lineae, non autem de linea ad lineam. Cum enim non profertur necessarium & promiscuum complexum inter plures ex diversis lineis procedentes, sed satis verificari & adaptari possunt dependentibus distributive utriusque lineae, utique non sunt apta inducere reciprocam linearem pro qua necesse est quod verba sint adeo expressa ut sine lineari reciproca salvari nequeat dispositio Testatoris, Menoch. conf. 982. n. 415. Fular. conf. 17. n. 42. & 45. Castald. consult. 477. n. 1. & 3. & consult. 145. num. 30. Gratian. discept. For. cap. 731. n. 8. Fular. de substit. quest. 47. n. 2. Rot. dec. 287. num. 3. par. 4. tom. 2. recent. Seraph. dec. 1023. n. 3. Eminen. Cert. dec. 631. n. 4. Carill. dec. 605. n. 21. & seqq. Cell. dec. 376. n. 4. Dunoz. Jun. dec. 582. num. 1. Bich. dec. 271. n. 8. & dec. 68. a. n. 1. cum seqq. par. 15. recent. & dec. 20. n. 15. & seq. 19. Quae conclusio eo magis videtur procedere cum fideicommissum fuerit constitutum a Transversali, Peregr. cons. 35. num. 8. lib. 3. Manf. consult. 218. n. 20. & consult.

219. num. 11. lib. 3. Rot. dec. 68. num. 1. par. 15. & coram Carill. dec. 105. num. 22. & coram Emin. Cerro dec. 539. n. 3. & 4.

Et Testator non instituit a principio unicum personam seu lineam, sed duos Nepotes, unum ex fratre, & alterum ex sorore & per consequens plures lineas, Card. de Luc. de fideic. discept. 101. n. 2. Manf. d. consult. 219. n. 10. & plurib. seq. lib. 3. Rot. coram Ubal. dec. 383. n. 18. & coram Carill. d. dec. 105. num. 22. dec. 68. n. 7. & 15. par. 15. & dec. 20. n. 15. & seq. p. 19. rec. Inter quas ab initio dividit haereditatem in duas portiones ubi - Clafcheduno di loro per eguale portione Manf. d. consult. 219. n. 7. lib. 3. Rot. dec. 341. num. 15. & seq. par. 6. recent.

Non obstat quod sicuti reciproca ex expressa inter Ambrosium, & Joannem Mariam Haeredes institutos, ita repetita sit inter eorum descendentes vigore illorum Verborum - e così anco li figli da loro descendenti, quae sunt repetitiva ejusdem dispositionis, Card. de Luc. de fideicom. discept. 103. & discept. 104. n. 4. 7. & seq. Ciriac. consult. 70. n. 4. & seq. Carol. Ant. de Luc. de linea legali art. 20. sub n. 7. vers. videtur verius & respon. 19. n. 4. Rot. dec. 280. num. 10. par. 10. dec. 306. n. 5. seq. par. 12. & in Tridentina fideicom. 29. Aprilis 1682. & 25. Junii 1683. utrobique S. primo coram bon. mem. Decano, & in Tusculana fideicom. 20. Junii 1615. S. fideicommiss. coram bon. mem. Paulatio Rot. dec. 328. n. 16. par. 18. recent. & dec. 583. n. 20. & seq. coram Bichio. Quia dictio. E così, sit illativa, & repetitiva tamen repetit simplicem reciprocam discretivam in utraque linea non autem de linea ad lineam, Menoch. conf. 982. n. 4. & 5. Manf. d. consult. 218. lib. 3. Rot. dec. 225. n. 13. post Torr. de pati. futur. succ. & coram Cocino dec. 1194. nu. 4. & seq. & dec. 20. n. 27. & seq. par. 19. & in Interamnia fideicommiss. 13. Junii 1683. S. nec referi coram bon. mem. Albergato. Praetertim cum agatur de fideicommissio instituto a Transversali inter plures lineas & stirpes a principio discreta, & divisa inter illos aequaliter haereditate, quo casu difficillius reciproca linearis censetur inducenda, & repetita in quibus terminis non loquuntur DD. & decisiones pro Felice allegat; procedunt enim vel in eadem linea vel quando praegnantia verborum, & ratio recti sermonis aliud non patitur vel adimpluntur vehementer coniectionis non verificabilis nisi in reciproca de linea ad lineam, itaut ex illis aliis tacia reciproca substitutio resultaret, quae tamen in praesenti non adest, quia si currit ad vulgata requisita I. Titia Sejo, P. Sejo liberis ff. de leg. 2. ex illis duo deficiunt nempe quod substitutio sit facta ultimo morienti, & in tota haereditate, deficiente enim praeposito quod rata haereditas per obitum Jo. Mariae devenire debeat ad Masculum alterius lineae praedeficit ex supradictis. Inde sequitur quod Felix respectu portiones ejusdem Jo. Mariae non sit substituta ultimo nec in tota haereditate, nec hujusmodi defectus supplere potest vocatio Feminae post masculos, & deficiente linea masculina ex quo Testator exprimendo masculo duorum Nepotum haereditatum institutorum lib. nomine lineae in numero singulari unam tantum lineam considerasse videtur illam desumendo a seipso ac inter masculos praedictos reciprocam substitutionem ordinare voluisse, Carol. Ant. de Luca de linea legali art. 20. num. 4. & seq. vers. puto poss. Rota consult. 69. n. 69. tom. 1. Rot. in Romana fideicom. de Ursinis 1. Februarii 1661. S. non obstat in fin. coram bon. mem. Alberg. & de fideicommiss. transversali decisionem 339. n. 11. par. 17. recent. Cum Feminae non possint admitti nisi in totum evacuata linea masculina secundum lineam considerasse videtur denach. conf. 59. n. 15. Altograd. conf. 80. n. 64. & seq. lib. 2. Andreol. caut. ro. 85. n. 1. & conf. 367. num. 36. Rot. d. consult. 69. num. 64. tom. 1. Rot. post conf. Giova. n. 3. Rot. d. 45. lib. 2. & in rec. dec. 280. num. 20. par. 10. & dec. 472. num. 10. par. 14. & d. dec. 339. n. 23. par. 17. Etenim cum non agatur inter descendentes Testatoris non poterat linea masculina a propria persona descendere, imo nec & a persona sui Patris de cuius linea masculina non erat Ambrosius alter ex haeredibus institutus, utpote per feminam descendens. Ideo cum praesertim masculorum & successivè Feminarum vocatio impleri possit absque ulla necessitate admittendi reciprocam linearem, reciproca non debet accipi collectivè, sed distributivè, ut substitutio feminarum non sit facta ultimo masculo utriusque lineae sed sigillatim cujuslibet lineae, Rot. dec. 243. n. 7. par. 4. tom. 2. dec. 467. n. 9. par. 5. tom. 2. rec. Bich. dec. 271. n. 24.

Ceterè autem coniectiones nempe reciproca inter primos institutos.

Institutos, praetatio Masculorum, digressus ad plures substitutiones, & prohibitio alienationis, & aliae minoris momenti cumulate per scribentes pro Felice vixit sunt DD. posse eidem operari reciprocam inter descendentes ejusdem lineae, sed non esse trahendas ut importent absque necessitate reciprocam de linea ad lineam, pro cuius exclusionem sumenda est quilibet interpretatio, Rot. coram Carill. dec. 105. n. 20. & dec. 20. num. 27. & d. 28. par. 19. recent. Et quae cum non addit in Testamento multo minus potest deturmi ex confessione Joannis Mariae unici ex primis Haeredibus, qui in quadam transactione inita cum Joanne Baptista filio Ambrosii factus fuit quod post obitum Joannis Baptistae in universa Francisci Haereditate successurus esset ipse Joannes Maria, & successivè ejus descendentes; Quia cum agatur de mero Juris articulo nihil facit assertio haereditis qui erat persona Idiota, & penitus conclusionum ignara, Rot. cor. Royas dec. 154. n. 23. & dec. 284. n. 42. & seq. par. 8. recent.

Demum quoad Domum nulla competit immisio cum fuerit licite alienata in coheredem juxta facultatem expressè impartitam a Testatore, ideoque remanet libera in haereditate Joannis Mariae, Simon. de Praes. de interp. ult. volunt. 15. lib. 3. fol. 373. nu. 2. Gratian. discept. forens. cap. 476. num. 2. Rot. dec. 446. nu. 1. in fin. p. 1. recent. coram Eminenti. Cerro dec. 507. nu. 10. & seq. Cum enim alienatio permisa fuerit inter Cohæredes in Testamento in quo fuit contemplata parentela sub cuius nomine veniunt Descendentes & ex feminis qui possident Domum alienatam illa non est modo obnoxia restitutioni; quidquid esset dicendum si adest in Testamento contemplatio agnationis aut Parentele masculinae in qua Testator praecipit bona perpetuo remanere ad tradita per Altograd. conf. 80. nu. 51. & seq. lib. 1. Bellon. Jun. conf. par. nu. 15. Rot. dec. 429. nu. 15. par. 13. & dec. 415. nu. 7. par. 14. & in Romana fideicommissi de Bencomagnis 18. Junii 1683. S. penult. coram Bevilag. & in Eugubina fideicom. 2. Junii 1681. S. inspectis coram Emin. D. Matheo.

Praeterea animadvertendum Domin. de Casu deficientiae masculorum sunt vocatae Feminae aequalibus portionibus ac proinde hodie Felix non potest consequi fideicommissum nisi aequaliter cum Feminis descendentes ab alia linea Joannis Mariae.

Et ita utraque Patre informante &c.

R. P. D. RONDININO.

Tudertina Censur.

Ven. 4. Julii 1687.

ARGUMENTUM.

Etiam si pro reciproca linearis exclusionem Juris stet praesumptio, nihilominus quoties ex conjecturis liqueat Testatorem recipiorem linearem voluisse pro ea esse iudicandum, volitam autem fuisse deciderit dum Testator amplissimis verbis alienationem prohibuit ut integra sua haereditas & bona deferretur ad Vocatos & bona semper remanent penes ipsos juxta ea quae pariter tradit Card. de Luc. de Fideic. Discept. C. I. alia multa habentur quae concernunt modum probandi bonorum Identitatem.

SUMMARIUM.

- 1 **E**xceptio fideicommissi retardat immisionem Creditoribus Gravati.
- 2 Fideicommissum successuum inter descendentes dicitur inducitur si Testator voluerit in tempus longevum disponere & succedendi ordinem per gradus statuere.
- 3 Praesertim si prohibetur alienationem & Trebellianicæ derivationem.
- 4 Reciproca linealis dicitur volita si prohibita fuerit alienatio ut integra haereditas deferretur ad descendentes masculos & penes vocatos bona semper remanent.
- 5 Ex Catastro probatur bona fuisse in bonis Testatoris.
- 6 In antiquis ex conjecturis probatur identitas & n. 7.
- 8 Ac etiam per Testes dependentes pro famam.
- 9 Possessio praesumitur continuata usque ad obitum.
- 10 Quicquid filii habent censetur a Patre provenisse.
- 11 Contra non contentient inventarium urget praesumptio quod omnia bona per eum possessa fuerint in haereditate Desumti.

Discept. ad Teatr. de Luca Vol. II.

12 Identitas probatur si Desumtus possidebat in eodem loco quo possidet Haeres.

13 Identitas probatur si concurrant duae demonstrationes quarum altera generalis & altera particularis sufficiunt.

14 Erronea descriptio facta in Inventario non praesudicat.

15 Praesertim si appositae fuerint clausulae salutaris Jura praeservantes.

16 Pro dote datur retentio.

17 Dotis solutio probatur per confessionem de recepto si praescesserit promissa.

18 Promissa facta per Virum solvendi certam pecuniarium quantitatem quoties in certo loco non maneat substituitur.

19 Dote non exacta adversus Virum reputatur ac si esset soluta.

20 Non exigitur cessio ad effectum retinendi.

21 Haeres ad effectum faciendi fructus suos censetur pro ejus creditis appropriasse bona haereditaria.

DECISIO LXVIII.

**P**RO praestatione novi fundi, & solutione fructuum Censur. scut. 500. in fort. eam de anno 1669. Laurentius Leonius imposterat favore Joannis Pauli Celi, Carolus, & Bernardus de Parentis praefati Celi successores obtinebant ab A. C. Mandatum contra Bona haereditaria Laurentii impositoris. Ad cuius mandati executionem impedendam, licet Dominicus, Paula, & Caterina de Leonis haeredes oppoierint plura eorum credita anteriora, & Periti electi per Iudicem ad hunc effectum in Partibus subdelegatum retulerint haereditatem Laurentii in Partibus subdelegatum anterioribus haereditatem tam ex Causa Jurium dotalium Laurae Bifenitiae uxoris Laurentii, quam debitorum ab haeredibus solutorum, Nihilominus placuit A. C. decernere processum ad ulteriora in executione mandati supra praedictis bonis, iisque tamen haeredibus non amotis, & dummodo obligationes excederet scut. mille. Quamobrem commissa mihi causa cum clausula translativa executionis, & proposito dubio ad formam Commissionis DD. responderunt, mandatum non esse exequendum.

Nam quoad domum sitam in Civitate Tudertina, & quoad praedium, & Terras descriptas sum. n. 6 & 10. Censuerunt Domini consistere de fideicommissio Laurentii senioris de Leonis purificato ad favorem Domini Leonii, ut ex Testamento dato in sum. n. 1. Ideoque cum super istis bonis Laurentius Junior ultimo loco defunctus, & debitor Censur non potuerit, neque tacitam, neque expressam hypothecam constituere, exceptio fideicommissi retardat immisionem Creditoribus gravati, ut notat DD. in filius familiae S. Di. ubi praecipue Jafon. & Ripa n. 11. ff. de legat. 1. Gobbi. consult. 92. 4. 1. Rota post Merlin. de pignori. dec. 55. n. 1. & cor. 1. Seraph. dec. 157. per tot. & coram Emin. Cerro dec. 491. n. 1.

Fideicommissum favore descendente masculorum Laurentii resultat ex verbis praefertentibus tractum successivum futuri temporis, ibi - Ita quod integra sua haereditas deferatur ad descendentes masculos ex ad. suis filijs legitimis, & Naturalibus, & successivè de eorum gradu in gradum, ita quod d. sua haereditas, & Bona semper sint penes ad. descendentem masculo, ut supra gradatam &c. Cum enim constet, Testatorem voluisse in tempus longevum disponere, & succedendi ordinem per gradus statuere, dubitari non potest successivum inter descendentes vocatos inducendum esse fideicommissum, Cuman. in l. cum in 32. S. in fin. sub n. 4. de leg. 2. Ful. de substit. q. 382. n. 52. & q. 478. n. 56. & 93. Bellon. Jun. conf. 218. n. 20. & seq. Manf. consult. 337. n. 3. & 4. Castald. consult. 66. n. 26. Add. ad Greg. dec. 207. n. 9. vers. praed. opin. Ro. in rec. dec. 168. n. 9. p. 3. dec. 212. nu. 1. 2. p. 4. 10. i. dec. 366. nu. 10. p. 4. 10. 2. dec. 649. n. 2. & seq. p. 4. 10. 3. & cor. Arguel. d. dec. 54. n. 2. & per tot.

Multo magis concurrente prohibitione alienationis, ut integra haereditas perveniret gradualiter ad descendentes, & prohibitionem etiam Trebellianicæ, quae locum non habet, nisi in fideicommissum, & est necessaria Conjectura substitutionis fideicommissariae, Valenzulo. conf. 185. n. 55. lib. 2. Peregr. de fideic. art. 5. sub nu. 1. 2. vers. Item prohibito illa, & alii relati per 100. coram Arguel. d. dec. 54. nu. 32.

Praeterea in superius recentia dispositione non solum adest simplex descensus fideicommissum favore masculorum, sed etiam continetur substitutio reciproca linealis inter omnes vocatos, ita ut integrum fideicommissum, & omnes etiam patrum portionem consoldatae hodie sint



in persona Domini ultimi Masculi. Quoniam si Testator verbis adeo amplius prohibuit alienationem totius hereditatis, & omnium Bonorum, ita quod integra sua hereditas deferretur ad descendentes Masculos, & Bona semper remaneret penes eodem vocatos, id sequi non potest, nisi inter omnes vocatos adsit fideicommissum reciprocum etiam de linea ad lineam per quod impediatur scissura hereditatis, illiusque transitus ad extraneos, Bart. & alii communiter in l. qui Romae §. Cohæredes ff. de verb. oblig. Card. de Luc. de fidei. disc. 101. n. 3. Menoch. de præsump. lib. 4. præf. 2. num. 37. Petr. de fideicommiss. n. 1. nu. 550. Peregr. de fideicommiss. art. 13. nu. 79. Mant. de consuet. ult. volunt. lib. 6. tit. 14. nu. 24. Add. de fidei. ex prohib. q. 11. art. 6. nu. 128. Fular. d. substit. quæst. 689. nu. 7. Rot. coram Seraph. 1373. & in recent. decis. 361. nu. 14. dec. 10. 44. 193. par. 1. decis. 681. nu. 4. p. 2. dec. 467. nu. 1. & seq. par. 5. tom. 2. dec. 16. nu. 11. p. 14. decis. 28. num. 8. p. 19.

Vocatio vero Domini patet cum illius descendencia à Laurentio fideicommittere probeur ex datis in sum. num. 2. & 9. ubi ex depositionibus restium liquet ex Troilo filio inlicito provenisse Laurentium Juniores, & ex illo natum Marcum Antonium qui genuit Dominicum, qui proinde reperitur intra quartum gradum vocatorum, sive accipiamus gradus computationem, dempta sola persona Testatoris, sive post personas primò vocatas. Juxta magis communem DD. inter se differentium contrarias opiniones, de quibus per Fular. de substit. q. 381. nu. 34. 35.

Quod autem Bona sint sub hujusmodi fideicommissio comprehensa demonstrat tum antiquum Catastrum sum. nu. 12. & 12. in quo descripta sunt Bona stabilia Testatoris præcipue sit in villa Podii, & montis Castellii, cum per Catastrum probetur Bona fuisse in bonis Testatoris, Roman. conf. 165. Alex. conf. 92. nu. 5. lib. 2. Marefcot. var. resol. lib. 1. c. 12. nu. 46. Cyriac. contr. 224. n. 44. Peregrin. de fidei. art. 44. n. 7. Rot. coram Seraphin. dec. 1344. n. 2. coram Cels. dec. 291. n. 6. coram Eminen. Cerro dec. 3. n. 6. & dec. 782. num. 6. Quod Catastrum coadiuvatur etiam ex pluribus enunciatis, & aliis adminiculis, quæ in antiquis per se sufficerent ad plenam probationem indentitatis, Bald. in l. cum aliquis C. de jur. delib. Menoch. conf. 207. nu. 10. & conf. 111. num. 2. 5. Peregr. de fid. art. 44. n. 19. Fuf. de substit. quæst. 618. n. 26. Rot. coram Zarat. dec. 39. nu. 15. & seq.

Tum etiam confirmatur ex depositionibus Testium formiter examinatorum de anno 1630. & aliorum pariter de anno 1572. examinatorum pro Troilo Leonio primo hærede gravato ad effectum probandi nobilitatem ejus domus pro susceptione habitus S. Stephani Difarum. Qui omnes testantur de possessione eorumdem Bonorum penes Laurentium seniores & Troillum illum filium sum. nu. 15. & 16. Maximè cum in antiquis ad docendum de identitate Bonorum sufficienti præsumptiones, & adminicula. Marefc. var. resol. lib. 1. cap. 12. nu. 39. Rot. coram Emin. Cerro dec. 82. n. 6. dec. 740. n. 5. & in recent. dec. 144. nu. 17. p. 9. dec. 35. n. 12. p. 18. to. 1. dec. 735. nu. 42. eadem p. 18. to. 2. & Testes deponentes etiam per famam, Fular. de substit. q. 518. n. 22. Mat. var. lib. 1. c. 22. n. 40. Burf. conf. 151. n. 25. & seq. Gob. conf. 92. n. 16.

Horum Bonorum possessio cum præsumatur continuata usque ad obitum Testatoris, Nat. conf. 400. n. 6. Peregr. de fidei. art. 44. n. 16. Fular. de substit. q. 616. n. 6. Andreol. contr. 303. n. 8. Barz. dec. Bonorum. 2. n. 13. Rot. coram Merlin. dec. 86. n. 4. & 5. & dec. 294. n. 1. & in rec. dec. 322. n. 2. p. 18. to. 1. & ulterius probeur aditus penes Troillum filium Testatoris, præsumendum est Bona possessa per filios in eodem loco, & communi esse illa eadem quæ Patre ibi possessa, Fular. de substit. d. q. 616. n. 7. Peregr. de fidei. art. 44. n. 22. Cyriac. contr. 204. n. 45. Manf. conf. 210. n. 109. Rot. coram Greg. dec. 573. n. 9. & 15. & dec. 144. n. 1. & seq. p. 9. Præcipue cum primi hæredes non consecerint Inventarium, & propterea contra illos urgeat præsumptio, quod omnia bona per eos possessa fuerint in hereditate defuncti, Menoch. conf. 207. num. 16. vers. 5. & seq. Gob. conf. 92. n. 10.

Quare cum penes ultimum gravatum debitorem Census fuerint, & reperta sint in illis hereditate Bona cum istem nominibus, & vocabulis, & in eodem loco, & Communi existentia, concludens exinde resultat probatio identitatis, ita ut omnia Bona censentur fideicommissaria, & Dominicus super illis dicatur habere Intentionem fundatam juxta 12. Celebre conf. Fulgos. 145. n. 2. vers. si alunde Gob. conf. 92. n. 17. Fular. de substit. d. q. 618. n. 45. Andreol. contr. 302. nu. &

per tot. Ant. de Luc. de fideicommiss. disc. 194. nu. 73. Rot. dec. 24. nu. 23. p. 17. recent. coram Eminen. Ostob. dec. 102. n. 16. & coram Emin. Cerro dec. 246. nu. 1. & 2. Præsertim concurrentibus duabus demonstrationibus, quarum una particularis, & altera generalis sufficienti in probatione identitatis juxta doctrinam Bartol. in l. demonstr. falsa n. 24. ff. de condit. & demonstr. Manf. conf. 168. nu. 91. Rot. in recent. dec. 611. n. 22. & seq. p. 4. tom. 3. dec. 71. nu. 16. & 17. par. 5. & 179. n. 2. par. ... 17. tom. 1. ut descendendo ad singula Corpora Bonorum ostendunt Scribentes pro Leonis.

Non obstat, quod Bona fuerint à Dominico Pupillo, & à Paula, & Catherina filiabus Laurentii Junioris descripta in Inventario tanquam hereditaria ejusdem Laurentii. Quoniam cum hujusmodi descriptio ex supradictis fuerit erronea præjudicium illis inferre non potuit, Rot. coram Duran. dec. 14. 39. nu. 2. & 3. & coram Eminen. Cerro dec. 246. nu. 7.

Multoque minus si Inventario appofita fuerint clausulae salutares, quæ præservant omnia Jura descriptentis, Caffren. l. si. cum igitur C. de jur. delib. Angel. in l. 1. §. hoc fit. 15. p. 10. n. 24. vers. dicitur hæres ff. si plus quam per l. falcia. Thefaur. Jun. quæst. forens. lib. 1. q. 10. n. 6. & Rot. dec. 287. nu. 9. p. 3. rec. & coram Emin. Cerro dec. 246. nu. 8.

Suffragari pariter ad effectum retentionis videbatur DD. universalis donatio à Laurentio Juniore pro se, & filiis reportata ab Angelo fratre qui Medietatem Bonorum in Inventario hereditatis Laurentii descriptorum possidisse probatur sum. nu. 6.

Quoad alia Bona, nempe mobilia, & semoventia descripta in Inventario Bonorum Laurentii Junioris debitoris Census competit quoque retentio hæredibus ratione Jurium dotalem Lauræ uxoris Laurentii, & matris, & Avie respectivè, Rota coram Peuting. dec. 355. n. 1. & 2. Constat enim de credito in summa fidei. 2000. quorum scuta 1000. præservata in mandato A. C. justificanti soluta per provisionem dotis & confessionem de recepto in ejusdem Instrumento totali, Rip. in l. f. femine n. 4. C. de 2. nupt. Mant. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 20. n. 12. Fontanell. de pact. Nuptial. claus. 14. glo. l. unie. per nu. 31. & seq. Sanch. de matr. lib. 6. disp. 9. n. 10. Boss. de dot. cap. 10. nu. 141. Rota coram Seraph. dec. 195. n. 1. coram Gregor. dec. 62. n. 6. & dec. 49. n. 7. & coram Duroz. Jun. dec. 126. per tot. & in recent. dec. 24. n. 5. dec. 160. n. 1. par. 7. dec. 342. nu. 2. p. 11.

Alteræ scuta 1000. promissa fuerunt à Laurentio in augmentum dotis, quoties cum ipsa non moraretur in Civitate Urbevetanæ quæ constat Laurentium non fuisse ad formam pacti commoratum Urbevetari sum. nu. 8. commissa extitit stipulario, & factus fuit locus pacto, quod tanquam honestum, & licitum subsistit, & nisi superveniat nova, & legitima Causa est servandum saltem quoad Conventionem temporalem & pecuniariam ad notatam per Abbatem Joann. Andr. & alios in C. 1. qui matrimonium accusare possunt, & de communi sensu Theologorum, & Canonistarum tradit Sanch. de matr. lib. 1. disp. 40. n. 20. Covar. de sponsal. cap. 7. p. 2. n. 5. Lupic. lib. 1. disp. 40. n. 20. Gizzarell. dec. 19. num. 4. Card. de dot. disp. 155. nu. 38. Rot. coram Coccin. dec. 1495. per tot.

Demum alia fidei. 1000. residualia dotis, licet eorum exactio à Laurentio facta non probeur. Suffragantur tamen pro retentione. Quoniam vel præsumuntur soluta per spatium longissimi temporis 40. annorum quibus Laurentius Lauræ supervixit, vel respectu Lauræ, & ejus filiorum habentur pro exactis, quia maritus negligens exigere dotem non potest nocere uxori, quia favore dos promissa fuit, immò illi datur actio pro repetitione contra ipsum Maritum ad Text. in l. hextransu 34. ff. de Jur. dot. l. Mæria eodem tit. Fontanell. de pact. Nupt. claus. 6. glo. l. p. 2. n. 77. Cyriac. contr. 110. nu. ... & seq. Boss. de dot. cap. 19. num. 56. Card. de Luca eod. tract. disp. 71. n. 5. & seq. & disp. 163. num. 4. Rota post Saldan. in l. bybr. Cred. dec. 3. per tot. repet. dec. 217. p. 11. recent. dec. 114. n. 16. par. 7. dec. 324. n. 4. p. 11. & coram Peuting. dec. 446. num. 9. & post Zacch. de oblig. Cam. dec. 203. num. 6.

Præter creditum dotale adducunt Leonii duas alias partitas, quarum prima scut. 358. & pro Census anterioribus extinctis & alia scut. 121. 33. soluta in causam collectam decursarum in vita Laurentii de quibus sum. num. 11. quæ cum sit causa potior, & magis privilegiata transfert suam potioritatem in solventem etiam sine læsione ad effectum retinendi l. cum qui 18. ff. qui potior. in pign. habeantur l. 1. ff. quib. mod. pig. vel hypotheca solvatur Rota in Romana-

Romana associationis 24. Martii 1687. §. parum coram Rev. D. meo Emerix Decano confirmata coram eodem 3. Decembris 1685.

Nec relevat, quod Leonii teneantur rationem reddere de fructibus perceptis post aditionem hereditatis Laurentii Junioris, Quia non solum hoc procedere non potest in bonis stabilibus, quæ sunt fideicommissaria neque in Mobilibus, quæ sunt in fructu, verum etiam quia hæredes Beneficiarii intelliguntur fidei solviffe Bona hereditaria pro eorum Creditis ad effectum lucrandi fructus, Bart. in l. si ei cui §. 1. ff. de evid. Peregrin. de fidei. art. 35. num. 14. Card. de Luc. de hered. art. pen. §. 66. Rot. dec. 47. n. 17. cor. Emin. Ostob. & in recent. dec. 165. n. 12. p. 12. & dec. 332. n. 7. & 8. p. 13.

Et ita Leonis tantum informantibus resolutum fuit &c.

R. P. D. URSINO.

Faventina Fideicommissi.

Lun. 23. Junii 1694.

ARGUMENTUM.

Quoties ex conjecturis appareat Testatorem reciprocam linearem voluisse, Juris cessare dispositionem superius habetur; hinc cum Testator conservationem agnationis desideraverit quodque bona ad ultimum Masculum devolventur pro lineari reciproca judicatur sequendo theoricis in hac materia traditas per Card. de Luc. de Fidei. d. C. I.

SUMMARIUM.

- 1 Fideicommissa ut potè odiosa multiplicari non debent. Vocatis à Testatore pluribus filiis reciproca gravamine inter eos successiva vocatio intelligi debet discretivè in singulis lineis, & portione proprii Parentis non autem de linea ad lineam.
- 2 Reciproca linearis potest probari ex conjecturis licet deficient requisita à lege præscripta.
- 3 Reciproca linearis inducitur si Testator voluerit conservationem agnationis quodque bona ad ultimum Masculum superexistente devoluantur.
- 4 Reddatur ratio d. conclusionis.
- 5 Idque procedit licet Testator à principio plures lineas involaverit & n. 7.
- 6 Reciproca linearis facilius in descendens inducitur.
- 7 Linearis reciproca ex quibus tacitè inducitur dicitur.
- 8 Sub nomine filiorum veniunt per viam declarationis ultiores descendentes si Testator voluerit conservationem agnationis & n. 11.
- 9 Vocatio filiorum ampliatu verbis perpetuitatem importantibus in illis non expirat sed ultiores descendentes comprehendit.
- 10 Prohibitio alienationis non dicitur famulatoria si in ea magis continetur quam in dispositione.
- 11 Observantia multum confert pro interpretatione fideicommissi.

DECISIO LXIX.

Postquam abolitis antiquissimi Juris regulis ex discretiori Codicis, & Authenticorum Sanctione fideicommissa essent obligatoria, cessant quidem rigorosæ illæ theoreticæ onus, & gravamen progressivum quodcumque rejicientis à bonis per viam ultimæ voluntatis relictis, sed non protinde evanuit exorbitantia illa à jure, quam materia ista patitur, quæ hodie etiam quacumque rejecta ampliatione ad limites literæ restringitur, aliamque non subie interpretationem præter eam, quam expressa Testantis indicat voluntas, ut argumento sumpto à fideicommissorum odiositate, quæ uti naturali repugnantia libertati multiplicari jura non sunt concludit Text. in l. coheredis §. Cum filie ff. de vulg.

Inhærendo memorandæ theoreticæ regularis præsumptio viget pro gravaminis exclusione, potissimum quando agitur de inducendo perpetuo reciproco fideicommissio, quod uti onus oneri superadditum majorem secum ferens exorbitantiam, non cenetur conceptum, nisi vel in casu expressè disposito, avi concurrentibus illis regularibus requisitis, de quibus in l. Titio Seja §. Seja libertis ff. de legatis secundò, ita ut vocatis à Testatore pluribus filiis cum reciproco gravamine, inter eos successiva vocatio intelligi tantum debeat discretivè in singulis lineis, & portione proprii Parentis, non autem de linea ad lineam, ac ad quatuor Patrum, cum ita minoris limitando gravamine liberam naturæ facultatem equiore regula, foriatur fallentiam magisque Juris principis consonam, prout hoc themate retento rejectis contrariis firmat Fular. conf. 117. n. 150. & seq. & dixit Rot. cor. Cels. dec. 325. n. 8. & in rec. dec. 255. n. 13. par. 15.

In laudatæ propositionis indagine tota præmissis causæ sistebat difficultas, nam cum Petrus Actor immissionis remedium intentaret ad Bona fideicommissaria alterius Petri Senioris de Diversis vigore reciproca linearis, quam in ultimis eius tabulis scriptam asserbat, illamque è converso superius expositis argumentis excludere conaretur Professores Bonorum, Rei conventi Patres ad controversiæ stabilendam resolutionem recurrentes ad litteram Testamenti, ac ad successivam legem in ea præscriptam, cum animadvertente ex singulis dispositionibus partibus urgentissimas erui conjecturas pro fideicommissi extensione ultra personas vocatas e ac pro duratione reciproci vinculi non tantum discretivè in unaquaque ex lineis in vivatis, sed cum progressu de una ad aliam putarunt ex illis locum esse limitati regulæ, quam in his terminis exclusio etiam con-

cursu requisitorum Doctores communiter admittunt, ut apud Ruin. conf. 144. n. 9. lib. 2. Decand. conf. 44. n. 88. lib. 3. Peregr. conf. 54. n. 13. lib. 1. Card. de Luc. de fideicommiss. disc. 100. n. 4. & disc. 101. n. 9. Rocca. select. Jur. disp. ca. 16. n. 14. tom. 1. & fuit constans nostri Tribunalis opinio, ut penes Bich. dec. 285. n. 7. & 8. & coram Merlin. dec. 326. n. 15. vers. Ultra quod & alibi millies, ac per consequens Actori decernendam esse immissionem.

Testator namque per hæc verba ultimam suam elogium integravit - In omnibus autem suis bonis hæredes instituit Octavianum, Marcum Antonium, Camillum, & Joannem Evangelistam ejus filios æquis portionibus, & si unus, vel plures ex d. filiis quancumque decederent in pupillari aetate, videlicet quancumque sine filiis masculis, quos ipse Testator vocatos esse vult, & intendit, tunc, & eo casu substituit vulgariet, pupillariter, & per fideicommissum alios superstities, & præmortalium filios masculos in stirpe, & non in capita, prohibens, & expressè vetans supradictis filiis, & hæredibus suis omnem, & quancumque detractionem cujuscumque legitime, Trebellianicæ, falcidicæ, vel cujuscumque alterius quartæ, eo quod ipse Testator vult, & intendit semper, & omni tempore stare, & permanere in linea masculina dicti Testatoris, donec, & quousque aliquis masculus ex dicto Testatore fuerit in dicta linea. Si que ordinata dotatione femininarum, ac vetita quacumque alienatione, privativeque delinquentibus dispositionem complexit, ex cuius methodo cum appareat Testatorem explicitè voluisse agnationem conservari, tum per exclusionem perpetuam femininarum, & strictissimam alienationis prohibitionem in rem directam, & quocumque in casu rigorosissimè expressam, quam cum generali illa, & indefinita ratione conservandi bona semper, & omni futuro tempore in linea masculina Testatoris usque ad ultimum superexistente masculum per se existit dicitur inducta reciproca inter descendentes linea Testatoris, per quam Bona ad ultimum masculum deferantur ad Testatum apertum in l. fideicommissa §. Hæc verba ff. de legat. 3. Peregr. de fideicommiss. art. 13. n. 18. & 82. Rot. dec. 464. n. 4. & Jun. to. n. 8. par. 14. & rec. & dec. 568. n. 11. & 13. par. 18. & penes Torr. de pact. futur. success. dec. 19. n. 15.

Quando namque Testator generali, & indefinita voluntate voluit in linea masculina Bona servari ultimo superexistenti per verba perpetuitatem, ac progressivam infinitam denotantia, idque cum universaliter ratione totam dispositionem informantem, prout eam in hypothese adhibuit noster Testator, nequit excludi reciprocum lineare gravamen, cum sine eo inadimplibile remaneret votum disponentis, nam seclusa reciproca importante onus restitutionis usque ad totalem lineæ masculinæ evacuationem Bona non starent, nec permaneret semper, & omni futuro tempore in linea masculina, sed cinderentur in partes, & ultimo mascululo obtingeret tantum quota bonorum, non autem tota integritas à fideicommittere desiderata, quæ proinde voluntati famulando, prout Juris est, ac ut ea debita consequatur implementum reciproca linearis in necessarium antecedens inducta censetur ad sententiam, Crav. conf. 130. n. 6. vers.



vers. itaque & voluntas. Laderch. conf. 169. n. 3. plenissime  
Rocc. sele. Jur. disp. c. 16. n. 21. Card. de Luc. de fidei. disc.  
101. n. 3. & seqq. & n. 10. vers. 3. ex strictissima Rota cor. Bich.  
deci. 287. n. 14. & 15. & articulo in punctualibus terminis  
difficili in Romana Fideicommissi de Ursinis 7. Febr. 1681.  
6. Nec usq. fuit. & primo Febr. 1683. §. primo resultat.  
& §. Fortius quia coram bo. me. Albergato.

Unde in his terminis parum obstitit, an una, vel plu-  
res lineae fuerint ab initio à Testatore invitatae, nam & si  
voluerit successione in pluribus columnellis adaptam,  
cum tamen non ad eos, sed ad propriam masculinam so-  
bolem respectu linearum censetur ordinatum fideicommissum  
discrere in illis servandum, sed favore propriae agnatio-  
nis, in cuius commodum concepta dicitur reciproca de li-  
nea ad lineam perduranda usque ad totalem agnationis de-  
fectum, ut bene perpendit Rot. deci. 467. n. 10. & seqq. p.  
5. dec. 41. n. 15. par. 14. dec. 755. n. 13. par. 8. rec.

Et ratio rationis est, quia in hypothese non dicitur con-  
siderata pluralitas discretiva linearum, sed omnes per mo-  
dum unius pensatae relative ad fideicommissum agna-  
tionem, ad quam cum unice perpenderit volens in ea bona  
perpetuo conservari, perinde est ac unicam lineam insti-  
tuitur, nam cum omnibus descendentes gravatis restituere  
ultimo superextanti, cum ita fideiatae conjecturata Te-  
7 statoris voluntas, qua concurrente penitus destruitur re-  
gula à pluralitate linearum exorients, ut apprimè Rot. de-  
cis. 755. n. 13. par. 18. recet. & in citata Romana Fideicom-  
missi de Ursinis 7. Febr. 1681. §. Non obstat, quod Testa-  
tor coram bo. me. Albergato.

Assumptum verò coadiuvant quamplures aliae satis ur-  
gentes animadvertentes, quae in themate concurrunt, nam  
cum agatur inter Descendentes, in quibus facilis induci-  
tur reciproca, & Testator illam expressè voluerit in primo  
8 vocatis, eorumque filiis, subindeque amplissimum pate-  
fecerit votum conservandae agnationis qualificatae cum  
exerentia alienationis prohibitione, munitione fatis am-  
pla, & generali ratione, ut bona perpetuo maneat in li-  
nea masculina, non videtur hesitandum, quin ex his omni-  
bus non satis pateat Testantis votum gravandi singu-  
9 los masculos onere interlinearis reciprocae, quae in iure ex  
his, & similibus argumentis tacite inducitur, ut singulari-  
ter singulas numeratas conjecturas perpendit Rot. deci.  
199. n. 17. apud Torr. de pati. futor. successio. & Rot. de-  
cis. 135. num. 7. & seqq. par. 5. recet.

Ex huc usque perennis satis ampla patet responsio alte-  
ri obiecto proposito ad excludendam petitam à Petro im-  
missionem ex eo erutum, quod fideicommissum conceptum  
à Testatore legatur restrictam ad solos filios, & filiorum fi-  
lios, perindeque ineptum constitutum, nam est Testa-  
menti littera talem pati videatur restrictionem, cum tamen  
ob volitam conservationem agnationis, Testator quam-  
cumque detractionem vetando amplissimam expresserit  
voluntatem, quod bona servarentur in linea masculina us-  
que ad ultimum masculum, ab ista sic qualificata prohibi-  
tione ampliatur, & extenditur dictum, ac fideicommissum  
vires porz gū ultra personas expressè invitatas, sub qua-  
rum nomine per viam declarationis comprehensū dicuntur  
ulteriores descendentes ad servandum Testantis volunta-  
tem, & ne illa ultra ejus Vorum restringatur, & limite-  
tur, ut per Gratian. discip. 827. num. 15. & Rot. deci. 65.  
n. 11. coram Cardini. Cerr. conservatio namque bonorum  
10 volta in propria linea usque ad totalem emacuationem  
fatis adaptam demonstrat voluntatem complectendi  
appellationem filiorum nepotes, ac ulteriores descen-  
dentes ad evitandum instantaneam correctionem, quae  
aliis patenter exoritur ad sensum Peregrin. de fideicom-  
11 art. 13. n. 76. vers. sed contra, & Rot. coram Peusinger. de-  
211. num. 2. cum ibi concordant.

Talique intellectus mirifice roboratur à dictionibus, tra-  
ctum successivum, ac perpetuam denotantibus, sub  
quibus concepta est prohibitio detractionum, de qua supra,  
ibi -- Semper, & omni tempore, quae cum penitus incon-  
gruè essent vocacionis restrictae ad filios, & Nepotes per-  
necessarium consequens ulteriorem praeferebant progr-  
gram

ex communitate nota regula, quod vocatio filiorum amplia-  
ta verbis perpetuam importantibus, in illis non expirat,  
sed ulteriores descendentes comprehendit ad communitate  
tenta per DD. in l. Gallus §. Instituti de liber. & Posthum.  
& firmavit Rot. deci. 984. n. 6. & seqq. coram Duno. Jun.  
& in dec. 199. n. 1. & 2. par. 19. rec.

Neque urgere visa est replicatio prohibitionem detra-  
ctionum muniam superius pensata generali ratione non  
stare de per se, & independentem, sed accessorie ad dispo-  
sitionem conceptam pro solis filiis, & nepotibus, siquè ju-  
dicia principia ineptum esse fideicommissum extendere, &  
ampliare ultra personas invitatas, quiquid esset in casu  
contrario, nam praemisso hic non agi de extensione, sed de  
simplici declaratione voluntatis expresse in toties enaclea-  
tis verbis satisfacti responsio, tunc prohibitionem aliena-  
tionis adjectam substitutioni illi famulari, quando est sim-  
pliciter concepta nullo roborata connotata, quod valeat  
eam latiore reddere dispositionem, qui inharet, secus au-  
tem quando prohibitio continet magis amplam rationem,  
quam praecedens substitutio, prout in facti specie, in qua  
cum ex Testatoris voluntate bona servanda sint usque ad  
existentiam ultimi de linea masculina, hocque impleri non  
dato fideicommissi progressu, proinde spretis dictionibus  
continuativis, & relativis prohibito, & ratio, qua muni-  
tur non accedit, minusque famulari dispositioni, sed magis  
late patet, & non tantum in personis expressis verificat-  
ur, sed omnes de linea comprehendit, ut in puncto distin-  
guendo firmant Castald. consule. 48. num. 7. & 8. ubi innume-  
ri concordantes Acolin. resol. 3. num. 79. vers. Tamen & ter-  
tio, Card. de Luc. de fideicommissi. disc. 51. num. 9. vers. Aut agi-  
tur & discurs. 101. num. 7. & perbelle Rot. in dec. 69. cor. clar.  
me. Card. Cervo.

Accedit in praemissorum corroboracionem observan-  
tia ipsorum nepotum substitutorum, qui fideicommissum  
agnoverunt, illudque tanquam progressivum ad ul-  
teriores descendentes canonizarunt, cum namque filii Octa-  
vii, & Joannis Evangelistae haereditum institutorum domum  
haereditariam distinxerint cum promissione libertatis, &  
emptores de ea fatis hesitantes egerint contra venditores;  
isti fuerunt judicialiter coacti domum retroaccipere, &  
pretium restituere, ut Summario Aforum n. 9. lit. A. quo-  
modo factio demonstratur fideicommissum in eis non expira-  
turum, sed à Judice, & à Parte agnium perdurans in cate-  
ris descendibus, quae observantia in tanquam interpre-  
tativa, & administrativa fatis deservit ad contentum, ut 14  
observavit Rot. in Narnien. fideicommiss. de Capitombus 29.  
Marzi 1683. §. Qua distinctio coram Me.

Et ita verificatis coacti controversiam ceteris extremis  
in hoc Judio necessarii PP. resolverunt, Partibus hinc  
inde contradicentibus.

R. P. D. P I O.

Senogallien. Fideicommissi.

Lun. 29. Novembris 1694.

ARGUMENTUM.

Per existentiam trium requisitorum quae enucleantur in  
l. Titio Sejo §. Seja libertis ff. de legat. 2. inducitur reci-  
proca linealis & si illa deficit adhuc si aliae concurrant  
conjecturae eadem reciprocum quod elici possit ex superius  
adnotatis aperre constat, & in hac decisione quoque affir-  
matur & ad hunc effectum plures deferuntur conjecturae,  
quae Testatoris voluntatem reciprocae substituendi  
clare indicantur.

S U M M A R I U M.

- 1 A Gidiana locum non habet si in causa adst. cler-  
icus.
- 2 Reciproca inter personas ejusdemmet lineae à principio  
à Testatore contemplatae & affirmatae facilis desum-  
itur nam in casu quo agatur de illo desumendo de  
linea ad aliam.
- 3 Reciproca de linea ad aliam inducitur si omnes exte-  
riori honorati, substitutio fiat ultimo morienti atque in  
tota hereditate.

4 Vocat-

- 4 Vocatio omnium ad d. effectum dicitur facta si vocati sint  
descendentes usque quod de istis reperiantur.
- 5 Paria reputantur substituire deficiente linea, ac ultimo  
Morienti.
- 6 Substitutio ultimo morienti non est necesse quod fiat for-  
maliter, sed sufficit quod hoc interpretative eliciatur  
ad effectum inducendi reciprocum.
- 7 Ut substitutio dicatur facta de tota hereditate non requi-  
ritur ut id expressis verbis dicatur, sed sat est quod in-  
definite de hereditate restituenda mentio fiat.
- 8 Substitutio reciproca linealis potest desumi ex coniecturis  
licet non concurrant tria solia requisita.
- 9 Substitutio reciproca linealis arguitur ex digressu ad plu-  
res gradus substitutionum cum verbis denotantibus  
perpetuitatem.
- 10 Reciproca censetur volita si adst. substitutio loci pii defi-  
ciente generatione & descendencia substitutorum.
- 11 Decis. 187. par. 15. rec. in quibus casibus procedat.
- 12 Renunciatio fideicommissi non praesumitur nisi ea ex ver-  
bis indubitatis evincatur.
- 13 Fideicommissum censetur praeservatum si data fuerint  
bona fideicommissi obnoxia, & libera, & quoad  
libera promissa evictio, non vero quoad fideicommissi-  
saria.
- 14 Amplia licet data fuerint bona in dotem pro fundo  
dotati.

DECISIO LXX.

PER obitum Juniperæ sororis sine filiis egit Carolus Mar-  
cutius frater adversus Nicolaum defunctae Uxoris te-  
stamentarius haereditum pro immolatione consequenda in bo-  
nae quae Elisabethae de Carlettis olim fidei Joannis Baptistae  
haereditas commiserat cum substitutionibus mox experimen-  
dis & coram A. C. Thaurusio nunc hujus nostri Tribunalis  
Auditor Mericissimo, fieri voti compos obtinuit, Hinc  
in gradu appellationis causa ad Rotam delata, propofui ho-  
die de more dubium, An sit locus Aegidiana seu potius sit  
danda Immisso, quod negative respectu primae partis is-  
tius ob actoris clericatum & Aegidiana Constitutioni vim  
adimentem. Rot. deci. 224. post Pacific. de Salviano & coram  
Burati. deci. 315. per rot. affirmative autem quoad alteram  
partem attenda sententiae in Judicatum transactae Justitia  
sunt resolutum.

Praesuppositis siquidem aliis extremis necessariis ad de-  
cedendum immiffionem ex leg. final. Cod. de edict. Dret  
Adrian. tollend. quae apud Patres non fuerunt in contro-  
versia fideicommissum non tantum descendens, sed etiam  
reciprocum ejusque purificatio in personam Actoris proba-  
tur ex Testamento Elisabethae exhibitio Jun. n. 1. quae scri-  
pto sibi haerede Joanne Baptistae eidem substituit praefatum  
Carolus Marcucium Josephum, & Juniperam filios ipsius  
eorumque filios, & Descendentes in infinitum de gradu in  
gradum quousque Instituti haereditas descendencia perdu-  
raverit, tam in masculis quam in foeminis, demandan-  
do ulterius quod filii personam Patris semper representa-  
rent, quodque ubi descendencia Joannis Baptistae defec-  
ret succedere deberent Octavium alique de Carlettis, eo-  
rumque filii in medietate ejus haereditatis in cuius altera  
Medietate admisit Cappellanium erigendam in Ecclesia  
S. Caroli, vincta his omnibus expressa privatione delin-  
quentium quibus non delinquentes substituit; Quapropter  
cum decesserit Juniperæ abique filiis, nulli dubium quin  
portio illius delata fuerit ad Carolum Marcucium superitem  
virtute reciprocae substitutionis, quae cum hic non agatur  
de eadem inducenda de linea ad lineam, sed inter perso-  
nas dumtaxat ejusdemmet lineae principio à Testatrice  
contemplatae, & efformatae in Joanne Baptistae nepote, adeo  
verum est quod facilis desumatur per ea, quae notat Rocc.  
selec. juris cap. 15. num. 14. & 15. & dixit Rot. dec. 383. a. n.  
18. usque ad 22. coram Ubaldo. & in rec. d. 28. n. 11. & 12. p. 19.  
ut ex solo onere perpetui fideicommissi dicatur resultare,  
prout relatis concordantibus optime firmatur in Romana fo-  
deicommissi de Avila 16. Junii 1692. §. Probata autem cor.  
Reverendissimo D. meo Decano.

At neque in omnem casum deficiunt in proposito thema-  
ta, tria illa notissima requisita ex quibus frequenter ta-  
cita reciproca de linea ad lineam deduci solent, videlicet  
3 quod omnes extiterint honorati, quodque substitutio fiat  
ultimo morienti, atque in tota hereditate enumerata in  
quibus

Jog. Titio Sejo. §. Seja libertis ff. de legat. 2. atque approbata  
per Doctores, & signanter Altograd. conf. 6. num. 61. 11.  
Redenatch. conf. 94. per tot. Peregrin. de fideicommissi. art. 13.  
n. 14. vers. tria autem Caren. resol. 120. n. 13. & per Rotam  
sam. Alex. VIII. d. 177. num. 1. usque ad 8. coram Celf.  
dec. 37. num. 5. cum aliis plenissime conghis coram Zarat. dec.  
15. n. 15. & in rec. dec. 755. n. 1. p. 18. 10. 2. & dec. 218. n. 9. p. 19.

Quorum Testator collegit ex eo, quod Testatrix ad fi-  
deicommissariam successione invitavit post Mortem  
Joannis Baptistae heredis illius filios nominatim substitutos  
eorumque Descendentes in infinitum ibi -- Et eos substitui-  
sco gl. altri di grado in grado successivamente della descenden-  
za di esso Gio. Battista in infinito, & in perpetuo, e fin che quel-  
la durerà tanto ne maschi, come nelle femine, quae verba  
dispositiva omnium vocacionem operantur, ut in specie  
Rota coram Zarat. d. dec. 15. n. 6. & 7. coram Priol. deci. 177.  
num. 4. & d. deci. 745. n. 2. p. 18. rec.

Alterum verò quod substitutio facta fuerit ultimo  
Morienti facile deprehenditur, quia deficiente descendencia  
Joannis Baptistae substituit Testatrix Octavium, aliosque  
de Carlettis, ac Cappellanium erigendam, ideoque cum de-  
scendencia d. heredis Instituti terminari non possit, nisi post  
mortem ultimi, inde sequitur huic ultimo substitutionem  
factam fuisse, nam paria ad hunc effectum reputatur, sub-  
stituere deficiente linea, ac ultimo mor enti, nec est neces-  
se, quod substitutio ista fiat formaliter, sed sufficit,  
quod hoc interpretative eliciatur, Socin. Jun. conf. 151.  
6. nu. 6. & 9. lib. 2. Rota coram Bich. dec. 271. nu. 28. coram  
Priol. d. deci. 177. num. 5. coram Zarat. d. deci. 15. num. 8.  
9. & 10. in recet. d. dec. 755. num. 34. & 35. par. 18. tom.  
1. & d. dec. 218. num. 10. & 11. par. 9.

Tertium denique requisitum quod substitutio sit facta in  
tota hereditate clare patet, ex quo Instituito loquitur de  
omnibus bonis, & in postrema substitutione vocatur per  
Medietate haereditatis illi de Carlettis & pro alia medietate  
Cappellania erigenda, adque liquet actum fuisse de tota  
haereditate cum non requiratur, ut id expressis verbis di-  
catur, sed sat est quod indefinite de haereditate restituenda  
mentio fiat, Rot. d. dec. 151. n. 19. coram Zarat. d. dec.  
177. n. 6. cor. Priol. & in recet. dec. 54. n. 11. & 12. p. 18.  
tom. 2. & d. dec. 218. num. 12. & 13. par. 17.

Rursus Elisabethae Testatrix, quae uti totum in ipsius su-  
prema dispositione operans solummodo per crucianda venit  
substituendi unam lineam alteri perspicue hic ex geminis,  
nec parum urgentibus conjecturis eruitur, ex quibus saltem  
in simul acceptis in deficientibus quoque trium requi-  
sitorum reciprocum fideicommissum deduci posse tradunt  
innumeri collecti per Rocc. selec. Jur. d. cap. 15. num. 3. &  
16. n. 14. & 15. & per Rotam coram sam. Alex. VIII. d. dec.  
177. n. 30. & cor. Priol. d. dec. pariter 177. num. 13. inter quae  
prima se offert ea, quae depromitur ex longa substitutionum  
serie, nam Testatrix post primam substitutionem Caroli  
Marcutii, Josephi, & Juniperæ, ultro progredia fuit, & in  
successivis succedendi ordinibus vocavit descendenciam  
Joannis Baptistae haereditas de gradu in gradum, & in perpetuum:  
eaque terminata, justit, ut admitterentur illi de Car-  
lettis, & deinceps illorum filii in medietate haereditatis,  
& in altera medietate substituit Cappellanium, qui sane  
digressus ad plures gradus substitutionum cum verbo lite-  
raliter praeferebat temporis perpetuitatem plurimum val-  
let ad arguendam linealem reciprocam, Redenatch. conf. 94.  
n. 26. Capyc. Latr. disp. n. 24. Rocc. cit. cap. 15. n. 9. & cap. 16.  
n. 17. & 18. Gobb. consule. 50. n. 44. Rot. dec. 183. n. 11. & seq.  
p. 10. recet. & coram Ostho. d. dec. 177. num. 10. & 25. & cor.  
Duno. Jun. dec. 501. num. 10.

Cui succedit altera, & quidem potissima promanans ex  
substitutione Octavii, aliorumque de Carlettis, & Cap-  
pellaniae facta in totalem defectum generationis, & de-  
scendentiae Joannis Baptistae haereditas quod efficit, ut inter  
substitutos censetur perneceisse volitum fideicommissum  
reciprocum, alias enim vocatio illorum de Carlettis, &  
Cappellaniae redderetur elusoria, & nunquam potuisset  
verificari, Rocc. d. cap. 16. num. 29. 30. & 31. Rota d. 183.  
n. 18. cum seq. par. 10. & coram Priolo d. deci. 177. num. 10.

Igitur tam ex concursu trium vulgarium requisitorum,  
quanti etiam exposituram conjecturam statuta lineali reci-  
proca, haut valuit officere ad retardandum immiffionem  
exceptio petita ex constitutione dotis à Carolo Marcucio  
Juniperæ sorori facta de bonis fideicommissariis, & super  
quibus



quibus proinde dicebatur tenuissimum fuisse fideicommissum, & per consequens tanquam libera posse a Nicolao hærede Juniperæ ad præsens retineri, quoniam obiectum tum solum urgeret quotiescumque verlareretur in terminis alienationis inita per gravatum in personam alterius Cohæredis, seu consensus præstiti alienationi per Cohæredem in tertium factæ, qui est focus decisionis 187. num. 3. & seq. part. 15. recent. in oppositum allegatæ, at minime vero procedit, quando prout hic agitur de assignatione propriæ portionis spectantis ad alium Cohæredem qualis erat Juniperæ, tunc enim ex quo actus iste nil aliud importet, quam simplicem divisionem, excluditur utique ab eo affecta fideicommissi renunciatio, nunquam regulariter præsumenda, nisi eadem ex verbis indubitatis aperte evincatur juxta communiter receptam theoriam Bartol. in l. qui Roma Duo fratres ff. de verb. obligat. Alex. cons. 408. n. 4. lib. 6. Olaf. dec. 112. n. 14. Peregrin. de fideicom. art. 52. num. 18. & 24. Rot. coram Priol. dec. 192. n. 5. & dec. 197. nu. 1. & coram Arguel. dec. 99. n. 26. & in rec. dec. 214. n. 7. & dec. 135. num. 2. g. & 10. p. 18. tom. 1.

Et certo certius, quia in hujusmodi dotis constitutione non fuerunt dumtaxat assignata bona obnoxia fideicommissio Elisabethæ, sed cum eisdem tradita etiam fuerunt bona libera Caroli Marcutii fratris dotantis, cumque respectu portionis libere fuerit stipulata evictio, & quoad reliqua bona fideicommissaria non solum eadem promissa non sunt, sed specialiter conventum extitit, quod tradebantur talia, qualia aderant ex hac notabili contradistinctione insurgit præstantissimum argumentum pro comprobatione prævariationis fideicommissi super bonis provenientibus ab hereditate Elisabethæ, quæ non obstante æstimatione ad solum finem sciendi dotis quantitatem facta, non nisi cum proprio onere quod inerat, censentur in dotem constituta ad Text. in leg. Mulier 72. ff. de Jure dotium, quem sequitur in individuo Rota dec. 66. num. 10. & 13. par. 18. tom. 2. recent. & coram fa. me. Alex. VIII. dec. 28. num. 35. parum suffragante, quod in Capitulis Matrimonialibus inter Partes stabilium fuerit prædica hæc fideicommissaria stare debere pro fundo dotali, ex qua conventionie scribentes pro Carolo deducere contendebant fideicommissi remissionem, atque libertatem eorumdem bonorum, quia prædica stipulatio rectè quidem fieri valuit pro Casu fortasse contingibili, quod prædantis fratris abique filiis bona remansissent, quod apud Juniperam abique eo, quod necessario ex eadem concludatur præsentia renunciatio, cui adverterat positive Partium declaratio emissã in assignatione dd. bonorum per verba talia qualia, ut proxime firmatum fuit. Et ita utraque Parte audita &c.

R. P. D. MOLINES.

Ariminen. Fideicommissorum super Reconvensione.

Mercurii 26. Junii 1697.

ARGUMENTUM.

Si Testator summopere decorem familie exopta verit adeo ut per modum rationis dixerit quod bona non alienentur ut conservari valerent pro decore & splendore familie dicitur linealem reciprocã scripsisse inter substitutos licet prohibitio alienationis sit consecutiva & dependeat a substitutionibus si magis ampla, & quid plus continens appareat.

SUMMARIUM.

1. Hæredi datur Immisio ad bona Defuncti.
2. Immisio etiam datur Possidenti non jam ut sibi nova tradatur possessio, sed pro tutamine & conservatiõne jam adeptæ.
3. Bonorum identitas satis est, ut iustificetur in limine executionis sententiæ si Immisio tantum generica ad bona fideicommissaria petatur.
4. Nepotibus non debetur legitima in bonis Avi, si iste decesserit adhuc vivo Patre Nepotum, sicut e contra.
5. Legitima non debetur ex Persona Patris si adita non probetur illius hereditas.
6. Aditio hereditatis cum sit quid facti non presumitur sed

7. Derivationes presuntur consumptæ ex non confectiõne Inventarii, & alienationibus.
8. Legitima est deducenda ex bonis hereditariis Patris.
9. Ideo non censetur consumpta ex alienatione bonorum emphyteuticorum quæ non veniunt appellatione bonorum Patris declarati ut n. 11. & 12.
10. Ex Statuto Casenæ omnia bona emphyteutica licet de directo domino Ecclesiæ sunt redacta ad instar allodialium.
11. Renunciatio facta in transactiõne bona fide stipulata afficit non modo immediatos Renunciantes, sed etiam successores ex propria Persona viventes.
12. Hæres nequit Autoris factum impugnare.
13. Reciproca linealis consuetudine si Testator prohibuit alienationem, & per modum rationis dixerit quod bona debent conservari in ejus familia, & agnatione pro decore & nobilitate sue Domus.
14. Limita si prohibitio alienationis, & ratio conservandi agnationem sint consecutivæ præcedentis substitutionis.
15. Hujusmodi tamen limitatio locum obtinet eo tantum casu quo prohibitio alienationis, & votum conservandi bona in agnatione reserjngi possit ad personas in primordiali dispostione vocatas, sicut si comprehendat alias Personas præter expressas, & n. 18.
16. Ad hoc ut prohibitio alienationis dicatur valida & utilis sit, sufficit quod fuerit adiecta postea constitutiõ.
17. Et eo casu si superadditum fuerit votum conservandi bona in agnatione nihil dicitur superfluum importat novum & perpetuum fideicommissum inter omnes de agnatione.
18. In vim vulgaris anomalia substitutus subingreditur in locum gradus caducati.
19. Ex statuto Urbis in conditione positi censentur dispositivæ vocati.
20. Ex quibus inducitur animus forensis confirmandi cum statuto alieno.
21. Fideicommissum non agnitionem non transmittit.
22. Agnitio ad effectum transmissionis resultat ex possessiõne bonorum.
23. Fideicommissum purificatum licet non agnitionem ad Hæredes transmittitur.

DECISIO LXXI.

Galeatius Cima licet tanquam mediatus successor Comitissæ Julię Franciscę Bandę, & ex ejus persona Comitissæ Felicis Malatestæ ultimi masculi familie de Bandis reperiretur pacificus Possessor Bonorum fideicommissariorum Guidi, & Æneę seniorum, necnon Ugolini, & Bartholomæi de Bandis; nihilominus occasione Judicii contra ipsum instituti a Diotallevis, & Hippolytis pro immisssione ad Bona fideicommissaria Comitum Bandi, & Æneę Juniorum de Bandis per viam conventionis solo sine tuendi, & confirmandi propriam in antedictis antiquioribus fideicommissis possessionem insitit in eadem immititi; Et quamquam Reus conventus tam in prima instantia coram A. C. Origo, quam in gradu appellationis ad Rotam delatæ, mo pariter Proponente Causa recedens, ut patet ex alia decisione hac die promulgata coincidentis tamen in utroque Judicio, cum modo inferius explicando, fere in omnibus Victor abcessit.

Procomperto siquidem habuerunt Domini, quod sicuti currentibus extremis necessariis ad obtinendum in Judicio l. final. Cod. de Edict. Div. Aed. toll. prænominationis Galeatii Auctoris bene concedenda foret immisio ad possessionem Bonorum fideicommissariorum, de quibus agitur, ita eidem Galeatio agentis, utpote illorum hæredi ea itidem denegari non valeat ex deductis per Menoch. de adispic. remed. 4. num. 236. Nuguerol. allegat. 2. 5. num. 163. R. idolph. in prax. par. 2. cap. 7. num. 4. Rot. coram Amat. Duno. dec. 756. num. 1. & in Rec. dec. 116. par. 3. dec. 163. num. 1. & 2. par. 13. 115. num. 1. cum seqq. par. 14. & in Bononien. fideicommissi de Burzanis 16. Januarii anni currentis 5. Quo enim, coram me.

Abique eo, quod actualis possessio prædictorum Bonorum

norum sine discrimine penes Actorem existens ejus instantiam pro immisssione incongruam, aut inanem efficeret, cum etiam Possidentis immisssio concedi possit, non jam ut sibi nova tradatur possessio, sed pro tutamine, & conservatiõne jam adeptæ, juxta theoriam Bart. in l. 1. n. 2. Cod. de Carb. Edict. quæ est communem, & veriorẽ, rejecto Baldo oppositum scribente ait Alexan. ibi lib. 2. eamque sequitur Rot. dec. 764. n. 2. coram bo. mem. Card. Cero.

Quibus factis in universum constitutis descendendo ad particulare dictorum fideicommissorum examen quatenus attinet ad primum Guidi de Bandis conditum anno 1515. illius existentiã, & purificationem favore Co. Felicis Malatestæ non impugnantur Scribentes pro Diotallevis, & Hippolytis; & profecto summo jure, dum æquẽ certum est, quod prænominationis Testator instituerit perpetuum, ac literale fideicommissum favore omnium Descendentium masculorum Agnationis Bandæ, quam quod Comes Felix Malatesta habuisset utramque qualitatẽ descendentiã ad fideicommittente, & Agnatũ familiæ de Bandis.

Nec de identitate Bonorum operæ pretium fuit in hoc Judicio ullam adducere justificationem, dum Galeatius non petit immisssionem ad possessionem certorum Bonorum, sed genericiã ad bona fideicommissaria, neque porro ad ipsam conservandam. Quocirca satis esse dicendum est de illa docere in limine executionis sententiæ, ut ex Alexandro consil. 101. num. 9. par. 5. aliiquẽ responsum fuit in hodierna decisione edita in Judicio conventionis 5. Identitas coram me.

Unica autem proponatur exceptio ad impediendam immisssionem ad Bona hujus fideicommissi, quod nempe Æneę seniori prædicti fideicommittentis ex Ugolino filio Nepoti competere legitima in bonis A. vi. prorsus autem vana ducta est prætextiõ; quandoquidem aut hæc detractio contendit debita Æneę ex persona propria, & petitiõ non est juri consentanea, cum de tempore obitus Avi fideicommittentis esset superflus Ugolinius senior ejus filius, qui primum gradum successiõnis occupabat, nec Æneę Neptos natus, aut conceptus fuerat; Unde planum est eidem nullam competisse legitimum in Bonis Avi, Bart. in l. Gallus 5. quidquid sit tantum num. 7. & 8. & ibi etiam ceteri Scribentes ff. de liber. & posthum. Peregrin. de fideicom. art. 36. num. 38. Merlin. de legit. 10. n. 1. Rot. coram Merlin. dec. 165. num. 1. Contrariis procedentibus, quando vita fundus est Pater vivo Avo, quo casu Nepotes occupant locum Patris ex propria tamen persona habent actionem ad legitimam, ad quam si Pater viveret, admissus fuisset per Text. 5. aut. de hered. ab intestat. & in 5. cum filius instit. 1. de hered. quæ ab intest. Gabriel. cons. 153. num. 21. lib. 1. Merlin. d. g. 10. n. 20. Rot. coram Cavaler. dec. 192. n. 1. & coram Card. Cero. dec. 352. num. 1.

Aut legitima prætenditur debita Æneę ex persona Ugolini Patris, & minüs visum fuit ex hoc alio titulo eam competere; Quoniam nullibi constat, Æneã fuisse hæredem Patris, & hereditatem adivisse, adeo ut potuisset illius personam representare, Bellon. de Jur. accrescent. cap. 9. g. 24. nu. 32. Fachin. contr. Jur. lib. 4. c. 65. Rot. in Romana, seu Januën. legitime 28. Aprilis 1682. 5. Ex his coram Card. Matthæo, & in Romana fideicommissi de Incononatis 16. Marti 1695. 5. Nec denique coram bo. mem. Emerix: Haud suffragante, quod erat in gradu successibili, quia aditio hereditatis cum sit quid facti de jure non præsumitur, sed debet ab Allegante concludenter probari, etiam si, qui dicitur hæres, sit filius, ut docuit glo. in l. si cum dotem 22. 5. Transgrediamur ff. solut. matrim. Rolan. cons. 18. num. 29. vol. 1. Cyriac. contr. 244. n. 24. Surd. dec. 154. n. 17. Rot. dec. 96. n. 4. par. 6. rec. & in Ravennaten. evictiõnis 3. Decembris 1696. 5. Quandoquidem coram me.

Verùm quando per hypothecam ex fideicommissi de quo modo differimus, detrahenda foret legitima in beneficium Co. Æneę senioris, adhuc tamen cum ipse distaxerit Prædictum fideicommissum nuncupatum porrus Casenatici valoris scutorum 3000. auri, & Ugolinius Pater, cujus personam representat, aditio hereditatem fideicommittentis sine Inventario, consumptæ presuntur omnes detractiõnes, per ea quæ tradit Gratian. discept. 570. n. 16. Merend. contror. Jur. 24. cap. 9. nu. 4. Mart. Medic. dec. Senen. 9. n. 5. & seqq. Adden. ad Gregor. dec. 266. num. 16. Rot. dec. 73. n. 8. coram Nino. 645. num. 1. coram Duno. Lun. 554. num. 20. par. 18. rec. & in Romana fideicommissi 4. Februar. 1689. 5. Unicum fundamentum coram bo. mem. Emerix, cum aliis velatis in præallegata Bononien. fideicommissi de Burzanis

16. Januarii proxime efflusi coram me.

Nullatenus turbante, quod Prædictum alienatum sit emphyteusis pactonate de directo dominio Abbatissæ Claffenfis, proptereaque cum legitima deducenda fit ex bonis hereditariis Patris ex juriõne nequeat consumpta ex alienatione bonorum emphyteuticorum, quæ non veniunt appellatione Bonorum Patris, Merlin. de legi. lib. 2. tit. 1. quæ est. 4. num. 11. cum seqq.

Enim verò ex Statuto Civitatis Casenæ, ubi existit antedictum Prædictum distractum, omnia bona emphyteutica licet de directo dominio Ecclesiæ sunt redacta ad instar allodialium, ut formiter discussio articulo respondit Rot. in Casenaten. hereditatis 5. Marti 1683. 5. Confito coram bo. mem. Emerix. Quare procul dubio numerari debent in acervo bonorum hereditariorum, ex quibus detrahenda est legitima, ut generalem conclusionem in objecto relatum limitat Burlat. cons. 132. n. 11. & 12. Surd. cons. 427. n. 18. Merlin. 11. de legi. lib. 2. g. 8. n. 1. In eamque per consequens imputatur, Peregr. de fideicom. art. 36. n. 108. Mangil. de impug. q. 33. n. 4. & prosequitur Merlin. de legi. d. g. 8. n. 2.

Minüs autem è sententiã Galeatii responsum fuit quoad fideicommissum Æneę senioris, tamen namque de illius existentiã nullatenus ambigeretur, petita tamen immisssio præstitit obicem renunciatio à Guidio (per nomen) Felicis Malatestæ Genitore ad favorem Comitissæ Æneę Junioris de Bandis emissi mediante solemnĩ Instrumẽto transactionis, quæ cum continet expressam remissionem hujus fideicommissi stipulatam bona fide pro bono pacis, dissiõnrumque inter Transigentem vertentium exitu afficit non modo immediatos Renunciantes, sed etiam successores ex propria persona venientes cum hereditas ff. ad Trebell. & l. si de fideicommissi Cod. de iust. in l. Man. consil. 329. nu. 15. Card. de Luc. de usur. disc. 35. num. 6. & disc. 7. de donat. Rot. dec. 175. n. 5. par. 8. & super in Bononien. fideicommissi. 1. Junii 1696. 5. Et sententia coram me; Etque validus, quia Transigentium successores erant eorum hæredes, nequibat propterea factum Auctoris impugare ex alia Juriõ censura in l. cum à Matre C. de rei vendit. Adden. ad Greg. dec. 354. n. 3. Rot. dec. 158. n. 26. & in dicta Bononien. transactionis 12. Marti 1681. 5. In coram Florenz, & in altera præcitata Bonon. coram me 5. Et si enim.

Quod verò attinet ad tertium fideicommissum ordinatum ab Ugolino Juniore de Bandis, censuerunt Domini, immisssionem ultro concedendam fore Galeatio Emergi, cum vocatio Felicis Malatestæ illius Auctoris auctoritate clarissime ex lectura ipsius testamenti, in quo Ugolinius scriptis heredibus Æneę, & Malatesta junioribus, necnon Guido ejus filius masculis, illi quæ ad invicem substituit, ulterius procedendo in hunc, qui sequitur, modum disposuit: *Uni autem, vel pluribus ipsorum decedente, cum eadem, vel illis substituit dictos ejus filios, & liberos descendentes pariter legitimos, & naturales in stirpes, & non in capita, Prohibens, & expressè vetans dictis ejus filijs, & cujuslibet ipsorum liberis, & descendentiõ in infinitum omnem alienationem, sumpto alienationis vocabulo in potiori, & ampliori significatu: Et in casu cujuscumque alienationis etiam modicæ ex nunc pro tunc pariter Alienatorem portione sibi obventa, quam eo casu devenerit voluit ad non Alienantes, sed observantes paternam in mentem, & ordinationem ipsius D. Testatoris, qui idem sic Alienari prohibuit, quia ejus intentionis fuisse dixit, ut integra ejus bona conserventur perpetuò in Agnationem suam, & sue familie, & Nobilitatis Domus sue, & successorum. Ex quo lanè dispositiõnium contextu resultat clarissima vocatio præfati Felicis Malatestæ, tam ad portionem spectantem ad Guidum ejus Genitorem, quam ad alias portiones Patruos tangentis. Ad ipsam quidem Patris, ex quo literale legitur gravamen injunctum primis heredibus institutis restitutum, ratam portionem filijs, ut patefaciunt illa verba: *Et uni, vel pluribus ipsorum decedenti sive filijs, eidem, vel illis substituit dictos ejus filios, vel liberos, ac descendentes.* Post obitum proinde Guidi revocari nequit in dubium, quin ejus portio devoluta fuerit ad Felicem Malateam filium.*

Vocatio autem ad portionem Patruorum itidem manifestè colligebatur, perpenis amplissima prohibitiõne alienationis, & anxio Testatoris desiderio pro modum rationis superaddito, ut totum ejus Patrimonium perpetuò conservaretur in ejus familia, & agnatione pro decore, & Nobilitate suæ Domus & successorum. Hujusmodi autem votum nequaquam ad effectum reduci posset, nisi præsupposita



ta substitutione perpetua reciproca lineali inter omnes vocatos. Si enim altera ex lineis perempta, alia non succederent, bona Testatoris ad alienas pertraherentur familias, atque ita ipsius Nobilitas, & cuius perpetua conservatio unice profpexerat Testator, deficientibus divitiis declinat per ea, quae observant Spad.conf. 237. n. 1. par. 3. Episc. Roc. disp. tur. seld. c. 10. n. 18. Rot. dec. 677. n. 1. cum seqq. par. 5. 472. n. 13. & seqq. par. 14. 616. n. 14. & 684. n. 11. par. 18. & dec. 28. n. 7. par. 19. rec. & latissime in Eugubina fideicom. 2. Junii 1681. coram Card. Matheo §. in casu autem, & in Firmiana Prædii della Parapina 20. Junii 1696. §. Quo enim coram R. P. D. meo Muto, & in confirmatoriis 23. Januarii proxime effluxi coram Reverendiss. D. meo Decano.

Frustraque hoc solidum fundamentum declinare fatigabant defensores eorum de Diotallevis ex responsione, quod stante antecedenti substitutione Nepotum. Testatoris ad portiones finulorum Parentum primorum hæredum, subsequens continua prohibito alienationis, & ratio conservandi agnationem, utpote consequutiva, & famulatoria præcedentis dispositionis non sit apta extendere fideicommissum de una linea ad alteram, ex traditis per Gabr. 16 conf. 132. n. 68. lib. 1. Redenach. conf. 30. n. 132. Vent. conf. 2. n. 459. cum seqq. Rot. dec. 300. n. 20. par. 1. rec.

Quandocumque obiectum animadversione dignum foret, ubi prohibito alienationis, & votum conservandi bona in agnatione restringi possit ad personas supra in primordiali dispositione vocatas, secus vero quando comprehendit alias personas præter supra expressas, videlicet, prout in themate omnes de familia personarum superominatarum Hoc quippe casu, cum ratio fit generalior dicto, non dicitur stare illative, & consequutive, sed per se, & independenter, novumque inducit fideicommissum, Rot. coram Bichio dec. 129. num. 7. & seqq. & dec. 65. coram Card. Cerr. nu. 10. & 11. & recent. dec. 442. num. 9. par. 13. & in præallegata Eugubina fideicommissi, coram Matheo, §. Hinc non relevat.

Ei quidem etiam reciprocum lineale, stantibus supradictis verbis importantis perpetuum descendendum, & agnatorum vocacionem per modum collectivum expressam, adnotata per Rot. in delicta Firmiana Prædii della Parapina 20. Junii 1696. §. 5. Relativæ minoris coram R. P. D. meo Muto, & in confirmatoria coram Reverendiss. D. meo Decano §. Et sanè vocato vers. non attento.

Eoque certius qua in nostra hypothese prohibito alienationis depræhenditur aliunde vestita, quam à ratione conservandi bona in agnatione, ex adjecta scilicet pena calcitrantis contra Alienantem, quam sufficere ad hoc, ut prohibito alienationis dicatur vestita, addeque valida, est censoris DD. sensus, de quibus latè penes Roc. disp. 10. num. 13. Rot. in Perusina fideicommissi de Bigazzinis impressa post respons. 75. n. 76. Giovannoni. & dec. 313. num. 16. coram Bichio. Quomobrem prædicta ratio generalis, ut bona converterentur perpetuo in familia, ne remanet superflua, novum, & perpetuum inter omnes de agnatione secum ferre debet fideicommissum ex conceptis per eundem Roc. d. disp. 10. n. 13. & in præallegata Eugubina cor. Cardin. Matheo. §. Tum etiam qua cum seqq.

Berè tamen verum est, quod ex huiusmodi Bonis detrahenda est legitima favore filiorum Ugolini, quam ad formam sententiæ R. P. D. Origini non contendebant scribentes pro Galeatio.

Postremum fideicommissum Bartholomæi de Bandis clarissimum etiam censuit Rota ad favorem Comitiss Felicis Malatestæ, Testator siquidem Comitæ Bando eius germano fratri hæredi instituto substituit Co. Aeneam Nepotem, cui succedere voluit Guidum juniorem alterum Nepotem, & isti de eum decedenti sine filiis substituit proximiores in gradu ex familia Banda: Quapropter cum vita functo Comitæ Bando primo hæredè successerit Comes Aeneas Junior, quo adhuc supervivente obierit Guidus Junior Pater dicti Felicis Malatestæ in locum gradus patris educati virtute vulgaris anomalæ contentæ in compendiosa successit idem Felix Malatesta immediatè post Patrem ad fideicommissum vocatus, juxta famigeratam theoriam Bart. in l. quemadmodum ff. de acquir. hæred. Peregrin. de fideicom. art. 15. n. 14. Card. de Luc. de fideicommissi disp. 107. n. 4. Rot. coram Bich. dec. 202. n. 1. cum aliis relatis in Romanis, seu Lusuen. Bonorum 10. Decembris 1696. §. Tum etiam coram me.

Quod autem Felix Malatesta fuerit invitatus ad successionem post obitum Patris, non videbatur posse in discrimen revocari, Quia licet fuerit tantum postus in conditione

tamen neminem latet ex Statu Urbis cap. 143. lib. 1. postus in conditione censeri dispositivè vocatos, Rot. dec. 201. & dec. 227. per tot. par. 18. recent. & dec. 18. n. 18. Rot. dec. 201. & dec. 227. p. 19. & in Romana fideicom. de Varesi. 6. April. 1696. §. Quandoquidem cor. me. sive agatur de fideicommissio Accidentali, sive de Transivertali.

Quemadmodum nec hæsitatur DD., quin in hypothese regulanda veniat contra verba dispositio ad terminos Statuti Urbis, quia, etsi versetur in Testatore forensi, domicilium tamen contraxerat in Urbe, ubi possidebat stabilia, pleraque alia coemerat, sepulcrum pro se, ejusque familia comparaverat, ibique defunctus tumulari jusserat, modòque jacet, & pluries tanquam Urbis Incola denominatus legitur, ex quibus educitur patenter, animum ejus fuisse, se conformandi cum Statuto Urbis, Manf. consulti. 603. n. 4. Merlin. dec. 447. n. 11. cum seqq. Rot. coram san. me. Alexandro VIII. dec. 113. nu. 4. & seqq. & in Spoletana fideicommissi 9. Februarii 1688. coram bon. mem. Emerit. & in Romana, seu Januæ. Trebellianicæ 2. Martii, & 5. Junii 1693. coram R. P. D. meo Pio.

Non resistuntibus geminis exceptionibus in oppositum deductis; Non quidem prima, quod cum Felix Malatesta non agnovit huiusmodi fideicommissum non potuerit illud transmitti in hæredes extraneos; Tum qua in facto justificata fuit possessio nonnullorum Corporum fideicommissariorum, quæ præfere sufficentem agnitionem ad effectum transmissionis, Noal. de transmissi. cap. 8. n. 128. Tum pariter qua cum prædictum fideicommissum fuerit purificatum de tempore, quo adhuc viveret Felix Malatesta, explorati Juris est illud, quantumvis non agnium, transmissum fuisse ad hæredes ad Text. in l. fin. C. quando dies legat. cedat. Noal. eod. tradi. cas. 2. nu. 21. & 22. Rot. coram Merlin. dec. 890. nu. 13. & dec. 78. n. 6. par. 11. & dec. 376. n. 3. par. 16. rec.

Nec magis attendi meruit secunda exceptio, quod immisio esset deneganda ad illam bonorum portionem, quæ Bartholomæo obveniret ex fideicommissum Aeneæ senioris ob assertam revocationem, quam Giusdus Felicis Malatestæ Genitor emisit de Juribus ejusdem fideicommissi. Posthabitis namque pluribus responsionibus, cum Guidus in dicta renunciatione sibi expresse reservaverit Jura omnia sibi, & suis hæredibus ex testamento dicti Co. Bartholomæi competentia Summor. responsionis num. unico, non remanet Galeatius impeditus, quo minus immisionem ad omnia bona ejusdem Bartholomæi assequi valeat.

Et ita utraque &c.

R. P. D. MOLINES.

Ariminen. Fideicommissorum super Reconvencione.

Merc. 5. Martii 1698.

ARGUMENTUM.

Nil pro argumento est adnotandum cum reperiatur in decisione ab ista confirmata.

SUMMARIUM.

- 1 Detrahitio debita Defuncto fieri non debet si adita non sit illius hereditas.
- 2 Detractiones ex alienationibus præsumuntur consumptæ.
- 3 Detrahitio semel consumpta amplius fieri non valet.
- 4 Bona emphyteuticæ fideicommissi in Vocatorum præjudicium supponi non possunt.
- 5 Etiam si redacta fuerint ad instar alodialium.
- 6 Emphyteutis acquisita pro se & hæredibus dicitur hereditaria.
- 7 Emphyteutis hereditaria valet fideicommissio supponi.
- 8 Et in legitimam impediatur.
- 9 Emphyteutis hereditaria potest ex particulari conventionne coadere pactionata.
- 10 Lineale dicitur fideicommissum si Testator voluerit ut bona integrè conservarentur in agnatione pro illius splendore.
- 11 Limitatur si talis voluntas expressa fuerit tantum in prohibitione alienationis, & in parte dispositiva Testator plures separatè contemplerit.

- 12 Substitutio si prohibito, & ratio amplior sit substitutione.
- 13 Et co magis si ipsa prohibito aliunde vestita sit quam à 6. ratione & n. 16. & 17.
- 14 Prohibito alienationis sufficienter dicitur vestita si adjecta fuerit pactionata.
- 15 Prout etiam si partem alienatam, Testator non alienanti applicaverit.

DECISIO LXXII.

Occasione Judicii moti à Diotallevis, & Hippolitis super immisione ad bona fideicommissaria Bandi, & Aeneæ Juniorum de Bandis, Galeatius Cima Reus conventus allegavit, reconveniendo, quatuor alia fideicommissa, quæ ad sui favorem purificata contendebar: Diutiusque ejus bono Jure in Audientia habita 26. Junii præteriti, illorum tria, nempe Guidonis Senioris, Ugolini Jun. & Bartholomæi fuerunt ad favorem ipsius Galeatii canonicata, separata legitima ex Bonis Ugolini: Et quoad fideicommissum Aeneæ Sen. responsum fuit, eidem obstat renunciationem emissam à Guido Juniore ejus Authore, ut latius in decisione desuper emanata.

Concessa autem adversus tunc resoluta nova audientia, hodieque reassumpta disputatione, Galeatius non impugnabat decisionem in partibus sibi contrariis; Quemadmodum nec Hippoliti, ac Diotallevi insitebant super fideicommissum Bartholomæi de Bandis, sed totis viribus oppugnare fatagebant resoluta circa fideicommissum Guidonis Sen. & Ugolini Jun. Non refragantibus tamen omnibus in contrarium congestis, Domini in decisio persistenter.

Enim verò, quod spectat ad fideicommissum Guidonis, nulla emerit difficultas circa illius existentiam, & purificationem, sed rursus Rei converti regebant præventionem super detractione legitime ex persona Aeneæ Senioris Nepotis memorati fideicommissitens; ea tamen re iterum bene perspecta, nullatenus debere visa fuit, sive quia de tempore obitus d. Guidonis, nec natus, nec conceptus fuerat antedicti Aeneas Senior, ideoque nullum eidem ex propria persona, ex Bonis Aycitis fideicommissum suppositis competeat jus consequendi huiusmodi detractionem, minisque ex persona Ugolini ejus Patris, cum usque modo doctum non fuerit Aeneam adivisse hereditatem Paternam, adeoque potuisset illius personam representare ex firmatis in alia Decisione §. unica cum seqq.

Sivè, & certius, quia admissa per hypothese præfata qualitate hereditaria, adhuc cum ex una parte non doceatur de consecutione Inventarii, & ex alia parte liqueat, ipsum Aeneam Sen. distraxisse pretio scut. 5000. auri Prædium fideicommissarium Portus Cæsenatici, explorati Juris est, quæcumque detractionem, si quæ deberetur, consumptam censeri ex notis Juribus collectis in Bononien. fideicommissi de Burzanis 16. Januarii 1697. coram me. Adcoque legitima, semel, mediante huiusmodi alienatione detracta, iterum detrahi non licet ex notatis per Rot. dec. 240. n. 7. coram Priolo & dec. 37. n. 7. coram Ninio.

Nullatenus resistente, quod antedictum Prædium ab Aeneæ distractum, utpote emphyteutis pactionate Abbatiæ Classensis, huiusmodi non poterat supponi fideicommissio in præjudicium vocatorum in Investitura, ita nequit censeri immissum in legitimam debitam ex Bonis fideicommissitens, Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. q. 4. n. 11. cum seqq. Quantumvis versetur in Bonis redactis ad instar alodialium, ac per consequens alienabilibus, cum ad hunc effectum potius fit spectandum ordo succedendi datus in Investitura, quam forma Statuti, Consecutionis, vel alterius Indulti generalis ex traditis in specie per Rot. coram Merlin. dec. 86. n. 12. & dec. 770. n. 3. p. 3. & dec. 398. n. 6. p. 12. rec.

Quandocumque obiectum corruit ex facto: Dum nullibi constat, nominatum Prædium esse Emphyteutis ex pacto, Galeatius illud non fuisse acquisitum à Domo Banda titulo lucrativo ex facto, & consecutione Abbatiæ Dominæ directæ, sed exitulo oneroso, & mediante venditione facta per quemdam Landum Patritium Venetum favore Prædicti Patris fideicommissitens pro se, & suis hæredibus quæ verba memo est, qui ambigat reddere emphyteutis hereditaria, & transitoriam ad quocumque hæredes, Rota cor. 6. Cels. dec. 13. n. 8. coram san. me. Alexandro VIII. dec. 265. n. 5. & dec. 165. n. 4. par. 5. recent. & de facto tamquam

res hæreditaria Prædicti Patris apparet post ejus obitum intret sæpe nominatum Guidonem, & Hieronymum fratres divisa, & per istius prædecessum in totum consolidata in ipsum Guidonem superstitem: Quomobrem stante qualitate hereditaria huius emphyteutis, sicuti certum est d. prædium Cæsenatici fuisse comprehensum in fideicommissio Guidonis, ut docuit Bald. in l. cum vitan n. 24. C. de fideic. Alex. in l. si Patroni col. penult. ff. ad Trebell. Tiraquel. de v. tradi. lignag. §. 4. glo. ff. 7. n. 21. Menoc. de præsump. l. 4. præsump. 197. n. 5. Cachet. dec. 26. n. 17. & plene Peregr. de fideic. art. 6. n. 18. Ita remanet etiam planum illud tamquam de substantia Paterna potuisse in legitimum imputari juxta doctrinam Barc. in leg. prima §. nec Castrense ff. de collat. Bonorum Alex. in leg. si Patroni col. 3. ff. ad Trebell. Bo ogin. in leg. 8. in quartam n. 315. ff. ad leg. falcid. Clar. de feud. q. 46. n. 3. Peregr. de fideic. art. 36. n. 108. §. Et idem est in fine, & §. 5. autem sequenti plenè Franch. dec. 368. per totam, Surd. dec. 35. itidem per tot.

Quin urgeat replicatio, quod Joannes Cinus, qui de ann. 1572. hoc idem Prædium titulo emptionis à d. Aeneæ Seniore comparaverat, recognoverit Abbatiam Classensem in Dominam directam pro se, suisque filiis, & Nepotibus, juxta adnotationem existentem in libris ejusdem Abbatiæ transcriptam in Summ. eorum de Hippolitis, & Diotallevis n. 4. Quoniam huiusmodi documentum concludere potest, emphyteutis ex hereditaria, quæ antea fuerat, commutatam fuisse in pactionatam, sed non evincit, quin de tempore, quo in humanis debebat Guido fideicommissitens, fuerit hereditaria; ut supra latè demonstravimus, neque alias ullam involvit repugnantiam, quod emphyteutis ex hereditaria evadat ex particulari conventionne pactionata, & restringatur ad certum genus Personarum patris, quæ notat Rota dec. 155. n. 3. cum seqq. par. 16. rec.

Descendendo ad fideicommissum ab Ugolino de Bandis institutum iterum Domini fuerunt in sensu, illud non solum esse descendivum favore omnium Descendentium filiorum fideicommissitens primo loco Institutorum, sed recipiendum lineale, adeout Malatestæ Felix successerit tam in portione Guidi ejus Patris, quam etiam in portionebus Malatestæ & Aeneæ Junioris Patris fideicommissi, ex quo Testator post amplissimam alienationis prohibitionem declaravit ejus intentionem, desiderium, ac voluntatem esse (sunt ejus præcisa verba) ut integra ejus Bona conserventur perpetuo in Agnatione sua, & sine familia, & nobilitatis Domus sue, & suorum Successorum, & aliis omni alio modo. Qua stante dispositione clarissime resultat fuisse ordinatum fideicommissum recipiendum inter tres lineas ab ipso Testatore constitutas: Nam alias tria linea extincta statim non succederet altera, portio aliqua fideicommissi postea alienari in Personas extraneas, & ad feminas transire, quæ illam in alienas familias transportaret, atque ita non adimpleret anxia voluntas Testatoris, quod ejus Bona integra perpetuo remaneret in Agnatione, Domo, & familia Testatoris pro illius decoris, & splendoris conservatione ex traditis per Dec. conf. 26. n. 2. in fin. Decian. conf. 44. n. 68. vers. 3. respondetur lib. 3. Rucin. conf. 163. n. 7. lib. 3. Aymon. conf. 113. n. 2. & conf. 30. n. 6. Altograd. conf. 80. n. 63. lib. 2. Peregr. de fideic. art. 13. n. 77. Rot. dec. 384. n. 1. & n. 19. cum seqq. p. 6. dec. 18. n. 25. par. 10. & dec. 429. n. 6. par. 13. dec. 411. n. 4. & dec. 472. n. 12. par. 14. & dec. 617. n. 14. par. 18. & in Romana Bonorum 20. Aprilis 1693. §. Juxta cor. me. & in Balneoregien. fideic. 5. Dec. 1691. §. Verum etiam cor. R. P. D. meo Caprara, & in Siculana fideic. 29. Martii 1693. §. 25. Junii 1694. §. inter his autem coram eodem.

Non obstante, quod cum tam in parte dispositiva, in qua ordinatur fideicommissum, quam in parte prohibitiva, in qua demandatur alienationis prohibito, legatur personam loci contemplati filii, & descendentes trium filiorum primo loco separatim Institutorum, sequens ratio conservandi agnationem non immutet qualitatè prohibitionis, neque inducat novam dispositionem, aut extensionem fideicommissi juxta conf. dec. 376. n. 6. coram Card. Celsio.

Siquidem quocumque ratio conservandi agnationem comprehendit alias Personas non expressas in antecedentibus substitutionibus, ut est in casu, in quo tam substitutio, quam prohibito alienationis legitur facta nominatim filiis, & eorum descendentes absque ulla mentione familiaris, & in sequenti parte, in qua expressum fuit votum Testatoris perpetua conservacionis sui Domus, & agnationis invariantur in partem



tur per modum collectivum omnes de familia, & quidem in perpetuum, & ad integram hereditatem, ut patet ex verbis superius registratis, tum quia ratio est generalior, & amplior substitutione, prohibitione, præsertim diversitate, & independentiam a casibus substitutionis, ac de sola novum inducit reale fideicommissum inter omnes de familia ex relatis per Menoch. *conf. 900. n. 18. vers. septimus.* Decian. *conf. 86. n. 23. & seqq. lib. 3. Cephal. conf. 107. n. 1. Gratian. cap. 828. n. 15. Fufar. de substit. q. 683. n. 23. coram Bichio dec. 129. n. 7. & dec. 60. n. 10. coram Carad. Cervo, & in Eugubina fideic. 2. Junii 1681. §. hinc non relevat cor. Mattheo, & in Firmana Prædii della Parapina 20. Junii 1696. §. relevantia minoris cor. R. P. D. meo Muto.*

Et indubitanti, quia d. alienationis prohibito apparet aliunde vestita, quam a ratione conservandi Bona in familia. Tum quia Testator adjecit penam caducitatis in casu sequente alienationis, ipsamque alienationis actum annullavit, Eugen. *conf. 44. n. 53. lib. 1. Fufar. d. substit. q. 685. n. 19. Caren. resol. 163. n. 29. Rota coram Bichio dec. 92. n. 29. & decif. 54. n. 25. cor. Arguell. Tum pariter quia demandavit, ut pars alienata, & obligata applicetur non alienanti Altograd. *conf. 9. n. 29. lib. 1. Barry. de success. lib. 8. tit. 3. n. 3. in princ. Caren. resol. 163. n. 30. Rota Bich. dec. 343. n. 16. Rot. dec. 284. n. 11. & 12.**

Quare cum stante hujusmodi investimento prohibito alienationis esset efficax, & per se subsistere sine ulla difficultate retro desuper adjecta, ut Bona in perpetuum, & integra conserventur in familia, ne remaneat superflua novum, & perpetuum inter omnes de familia inducit fideicommissum Altograd. *d. conf. 92. n. 24. Caren. d. resol. 163. n. 28. plenissime Rocc. disp. 10. n. 15. Rot. dec. 129. n. 11. cor. Bich. & dec. 284. n. 8. par. 6. recent. & quidem reciprocum lineale, quia alias dispositio Testatoris, quod Bona perpetuo remaneat in familia, suum effectum non fortiretur ex supra deductis, & in individuo persequitur Rota d. dec. 274. n. 24. par. 6. & in dicta Firmana Prædii della Parapina 20. Junii 1696. §. relevantia minoris, & in confirmatoria cor. Decer. meo Decano §. sanè vocato vers. non attento. Et ita utraque, &c.*

R. P. D. URSINO.

Bononien. Fideicommissi de Pandinis.

Lun. 3. Decembris 1685.

ARGUMENTUM.

Affirmantur eademmet quæ scriptis Card. de Luc. de Fideic. *Disf. CIX.* quod nempe si Testator plures fecerit substitutiones, & prima vulgaris sit itaut per aditionem vel ob defectum conditionis evanescat intermedia si minime à prima dependeat non caducetur ex quibus autem de per se, & independens stare dicatur optime in præsentii decisione discutitur.

SUMMARIUM.

1. **E**X substitutione facta finita linea inducitur gravamen restitutioni ultimo de linea.
2. **I**mmisso datur favore electi in vim dispositioni Testatoris.
3. **I**mmisso executoris Testamentariis solet concedi donec adveniat casus quo substitutus cum effectu potestesse valeat.
4. **S**ubstitutio intermedia que dependet ab alia caducata effectum habere non potest.
5. **D**eclarat ut vera sit conclusio si coherentia cum alia retineat, secus si stet de per se & si independens ab alia.
6. **I**ndependens esse dicitur si inter unam & alteram substitutionem concurrat diversitas, vel quoad modum & formam dispositionis, vel quoad personas.
7. **I**ndependentia quoad modum dicitur adesse si secunda facta fuerit per orationem omnino separatam, & à suo verbo redam.
8. **E**tiam si reperiretur copula &
9. **V**erba finita linea restringi non possunt ad certum: & determinatum eventum, sed locum sibi vendicant indefinitè, & quandocumque linea defecerit.

10. **E**t si linea incæperit sibi non.
11. **S**i in secunda substitutione alia continentur Personæ non habentur in prima, una non habet dependentiam ab alia.
12. **S**ubstitutio facta finita linea minime vulgaris esse potest.
13. **D**istinctio nam est de sui natura continuativa.
14. **L**imita quoties reperitur inter duas orationes de se per se factas.
15. **S**ententia lata Super statu contra legitimum contraditionem afficit alios etiam non citatos.
16. **N**ec si procederet si jus non citatorum sit diversum ab illo citati.
17. **S**ententia recepti declarationem à libello.
18. **S**ententia inter alios lata Tertio ex propria Persona venientis præjudicare non potest.
19. **A**lius negativæ non reputatur sufficientes pro interpretando fideicommissi dubio.
20. **I**n Fideicommissi claro observantia contraria non valet.
21. **C**onfessio heredis inseritur pro interpretanda voluntate Testatoris.

DECISIO LXXIII.

**I**mmisionem quam scripsit hæredibus Imperator Justinianus decrevit in l. fin. Cod. de editi. D. Adrian. tollen. hodie Domini concedendam esse dixerunt Commissariis, sive executoribus Testamentariis quondam Michaelis Pandini de Cimatoribus, nec non Julio Cæsari de Zagnis, & Catharinæ de Vecchis sponces forte extrahit ad evincta bona per Michaelem de tempore mortis possessa, quia ad illorum favorem concurrere visa sunt omnia extrema hujusmodi remedi. Existentia nimirum fideicommissi illius purificatio favore eorumdem Actorum resultat ex undequaque perfecto Testamento quondam Michaelis Pandini de Cimatoribus condito de anno 1587, quod hodie exhibetur non aboluit, nec cancellatum, neque in aliqua sui parte vitiatum, in quo idem Testator universalibus sibi instituit hæredibus Jo. Baptistam Pandino ejus ex Ludovico germano fratre nepote, & Camilla de Ponte conjugibus substituit post eos ordine successivo eorum, & cuiuslibet eorum ex tunc constanti, vel alio fortasse contrahendo matrimonio filios masculos nascituros, & his non extantibus filias feminas. Præfatis autem Joanne Baptistam, & Camilla defunctis abque aliquibus liberis legitimis, & naturalibus, & sic nullis hujusmodi extantibus, tunc, & eo casu substituit Joannem Baptistam Macchiavellum, & successivè ejus filios, & descendentes masculos feminas sumpserit exclusis. Eo vero decedente quandocumque sine filiis masculis substituit duos futuros Conjuges ut infra substituendos, & eligendos, & deinde prosequendo suam hanc dispositionem hæc verba præcisa subdit: *Nam finita tam masculina, quam feminina Joannis Baptistæ Macchiavelli, tunc & eo casu voluit per R. Albertum Riccium unum ex Cappellanis perpetuis S. Mariæ Majoris, vel ejus successorem pro tempore etc. Item per Curatum S. Laurentii etc. Item per Præpositum consistorii Cathedralis etc. Item per Præpositum S. Proculi eligi sex Adolescentes masculos, & sex feminas, ex quibus voluit duas sorte extrahi unum masculum, & unam feminam, qui contrahere debeant inter se matrimonio, quo extrahendos, & matrimonium contrahentes, & ordine successivo eorum liberos, & descendentes legitimos in infinitum in casu, & talibus prædictis respectivè institui, & substitui, & si tales decesserint sine filiis prædictis D. Testator instituit, & substituit alios eligendos ordine quo supra perseverando toties, quoties casus occurrat perpetuo semper, & in infinitum omni meliori modo -- ut latius in Summ. n. 1. lit. F. Quamobrem cum per obitum Lucretiæ de Pandinis defecerit descendencia Coniugum de Pandinis hæredum institutorum, & per mortem Joannis Baptistæ Macchiavelli ultimo loco defuncti extincta itidem fuerit linea masculina ejusdem Macchiavelli litterale utique remanet fideicommissum favore Julii Cæsaris de Zagnis, & Catharinæ de Vecchis Juvenum extrahendorum, cum illorum substitutio, ut supra facta finita linea, idem importat, ac si Testator expressè gravaverit ultimum de dd. Lineis ad faciendum eis restitutionem fideicommissi juxta Text. in l. Codicillis 34. ibique Bartol. num. 1. ff. de usu, & usuf. legat. Riminald. Sen. conf.*

*conf. 189. n. 17. lib. 1. Castill. decif. 153. n. 7. lib. 2. & Rot. dec. 79. nu. 3. coram Arguell. dec. 177. num. 3. coram Emin. Ottobon. & in his terminalis decif. 388. numero primo coram Celso.*

Bonorum autem identitas, que est secundum extremum remedi intentati non fuit contraria inter partes, & abunde remanet comprobata ex Inventario bonorum hereditariariorum Michaeli Testatoris facta a Pandino, & Camilla hæredibus institutis, nec non ex quampluribus aliis documentis exhibitis in Sum. Actorum num. 2. usque ad 14. & legitimitio denique peronarum satis justificata videbatur respectu Commissariariorum, seu executorum Testamentariorum ex eorumdem reputatione facta per ipsum Michaelem donec sequeretur totalis effectus, & adimplementum suæ voluntatis; respectu vero Juvenum extrahendorum ex illorum electione, seu extractione ad formam Testamenti sequuta in partibus, necnon pariter ex sponalibus inter eoldem contractis per verba de futuro, cum obligatione contrahendi matrimonium per verba de præsentii, & ex eorumdem denique qualitatibus a Testatore exigitis, & in partibus satis probatis, ut constat ex adverbio Sum. nu. 6. Quibus quidem omnibus concurrentibus jure merito DD. Actoribus a Judice de Partibus in 2. Instantia de Voto Rote Bononien. decreta fuit immisso, & non per DD. confirmata vigore d. l. fin. C. de editi. D. Adrian. tollen. quem admodum ad favorem extracti alias Rota respondit in decif. 380. num. 3. & 4. part. 12. recent. & respectu Commissariariorum, seu executorum Testamentariorum, quod eis competat idem remedium l. fin. vel altèrn officium Judicis pro interim, & donec per verba de præsentii sequatur matrimonium dd. Juvenum tradidere Argell. de acquir. possess. quest. 15. art. 7. n. 80. & seq. Menoch. de adispic. remedia. 4. n. 309. & 398. Angel. conf. 135. n. 21. ante finem, & Rot. dec. 219. num. 1. & 2. & dec. 243. n. 1. & seqq. par. 4. tom. 2. recent.

His autem sic positis, & probatis obesse visa non fuit unica exceptio a Levantibus, & Gambilonibus hæredibus Testamentariis quondam Lucretiæ de Pandinis, & eorum successioribus proposita, & desumpta exteo, quod suprad. fideicommissum in eo tantum casu fuerit a Testatore institutum quo Joannes Baptistam, & Camilla de Pandinis decederent abque filiis, adeoque cum illi obierint cum filiis relicta nempe Lucretiæ eorum filia, ex tunc expiraverit, nedum intermedia substitutio Joannis Baptistæ Macchiavelli immediate ordinata, sed subséquens etiam Juvenum extrahendorum ab ea dependens juxta famigeratum, & communiter receptum Oldrad. *conf. 21.*

Et enim quæquid sit, an substitutio intermedia Macchiavelli fuerit per vulgarem concepta, & uti talis evanuerit ob existentiam Lucretiæ filie hæredum institutorum, sive potius per compendiosam, seu fideicommissariam, in qua quaestione Rota Bononienis non improbabiliiter hanc secundam partem amplexa fuit pluribus suffulta conjecturis lato, & eleganti calamo adductis in ejus voto decisivo edito in priori Instantia hujus cause, & cujus controversiæ examen hic assuendum visum non fuit: cum ex litterali Testatoris dispositione in præsentii casu aliunde totius fundari possit resolutio, supposita etiam pro nunc, & sine veri præjudicio, quod existentiam filiorum ex filiis operata fuerit extinctione prioris substitutionis Macchiavelli juxta dictum Oldradi consilium adhuc dubitatur operari non potuisse extinctionem posterioris substitutionis factæ favore Juvenum extrahendorum; quia quoad hanc applicari videtur limitatio, ob quam communiter receditur a suprad. regula, sive Oldradi Consilio, nimirum quod uti, prout hic posterior, & subséquens substitutio non est subordinata; & dependens a substitutione intermedia, neque restricta ad casum obitu primo institutorum, sed legitur de per se demandata simpliciter, & absolute, ac sub indefinito tempore deficientie filiorum, aliorumque omnium prius vocatorum, tunc & eo casu non sit incertitudini ante expressæ conditionis subiecto, ut antecessens caducata per existentiam filiorum, sed simplex perpetua, & absoluta locum sibi vindicans quandocumque sive primi instituti, sive ultiores sine filiis defecerint ex traditis per Gabriel. *conf. 91. n. 22. lib. 1. Cephal. conf. 383. n. 2. lib. 3. Negul. quest. 310. n. 80. Peregr. de fideicommiss. art. 15. n. 20. Rot. dec. 332. nu. 6. & dec. 403. nu. 11. par. 2. & dec. 18. n. 14. par. 8. & decif. 645. nu. 7. par. 18. tom. 2. recent. & coram Cerr. decif. 409. numer. 20. & seqq. & novissimè in Auxi-*

*mana Prædii 9. Januarii 1680. §. Verba Testamenti in fia. & 7. Junii ejusdem anni §. existentia coram D. meo Ronatinino confirmata sub diebus 23. Februarii, & 19. Junii coram meo.*

Independens autem fuisse fideicommissum Juvenum extrahendorum a substitutione Macchiavelli, & a conditione deficientiæ hæredum Institutorum abique filiis factis superque constitit esse diversitate que de alia alteram intercedit, tam quoad modum, & formam dispositionis, quam quoad personas in utraque contentas, & quidem modus, & forma dispositionis diversitatem hanc, & independentiam præsertim. Quia Testator post institutos hæredes simpliciter, & immediate substituit Macchiavellum in casu obitus illorum sine filiis; Juvenes autem extrahendos licet immediate non tamen coherentes, nec consequitivè ad antea disposita, sed principaliter, & dispositivè vocavit per orationem omnino separatam, & a suo verbo restam, atque cum verbis indefinitis, & perpetuam denotantibus voluit ipsos, eorumque liberos, & descendentes in infinitum succedere designatis conditionibus ipsorum extrahendorum, necnon præscriptis regulis extractioni faciendæ toties quoties casus occurrat perpetuo, semper, & in infinitum omni meliori modo. Quibus sic stantibus secunda hæc dispositio sine dubio dicitur stare de per se, & independentem ab antecedenti substitutione, & si ille conjungere fuissent per copulam, & ut notat Peregr. *conf. 23. n. 4. & 5. lib. 4. Castill. lib. 3. contrav. cap. 15. n. 43. vers. 2. & n. 58. cum aliis per Rot. in dec. 409. nu. 16. coram Cervo, & in dec. 59. n. 12. & 13. coram Priol. & dec. 260. n. 5. coram Duvos. Jun.*

Diversitas autem personarum contentarum in casu purificationis utriusque fideicommissi eandem pariter independentiam præsertit, quippe quia in prædicta substitutione favore Macchiavelli Testator se restrictit ad obitum hæredum Institutorum sine filiis, secunda vero Juvenes extrahendos indefinitè vocavit post extinctam lineam tam masculinam, & femininam hæredum quam masculinam tantum Macchiavelli ibi: *Nam finita linea tam masculina, quam feminina dicti Joannis Baptistæ Pandini & Camille de Ponte & cuiuslibet eorum, ac linea masculina Joan. Baptistæ Macchiavelli, tunc & eo casu voluit eligi, nominari, & extrahi duos Juvenes etc.* Adeoque cum verba illa finita linea restringi non possint ad certum, & determinatum eventum, sed locum sibi vindicant indefinitè, & quandocumque linea utriusque defecerit ex firmatis per DD. in l. Censurio ff. de vulg. & pupill. & in specie per Laderch. *conf. 71. num. 4. & Rota in dec. 134. num. 14. par. 17. recent. ubi alii concordantes, & sine linea incæperit, sive non, Altograd. conf. 17. 10. n. 1. lib. 2. Palma Jun. allegat. 127. n. 12. tom. 2. Rot. decif. 466. nu. 7. coram Pen. decif. 375. num. ult. coram Caccin. & dec. 810. nu. 2. & seqq. coram Duvos. Jun. Utique ex hac indeterminata dispositione novarum personarum in parte conditionali non contentarum in præcedenti substitutione rectè quidem emergit, quod posterior hæc dispositio nullam habeat connexionem, seu dependentiam a prima, multoquo minus a qualitatibus, seu conditionibus adiectis in ea, ut pluribus allegatis bene arguit Grat. *disf. sept. sponf. 828. nu. 7. & seqq. præcisè nu. 15. & 16. & Rot. dec. 409. num. 17. coram Cerr. dec. 360. num. 7. coram Merlin. & dec. 18. n. 14. par. 8. dec. 645. n. 7. par. 18. recent. & novissime in d. Auximana Prædii 9. Januarii 1680. cor. R. P. D. meo Ronatinino §. ex diversitate, confirmata sub die 23. Februarii 1684. §. diversitas autem, coram meo.**

Nec coherentia, & dependentia utriusque substitutionis ab una, eademque conditione eventuali, & incerta deficientiæ hæredum sine filiis in contrarium concludi videbatur, ex quo posterior hæc substitutio, de qua est quaestio, ordinata fuerit immediate post primam substitutionem Macchiavelli sub eadem conditione quatenus sine defecerit sine filiis masculis, mediante ablativo absoluto, & copula Et, & continuativæ præcedentis orationis ibi. Et eo decedente quandocumque sine filiis masculis novarum duos futuros Conjuges &c. Et enim Testator in dicto Capitulo non terminavit substitutionem ad favorem eligendorum, sed expressis verbis sibi eam reservavit inferius exprimentam, & perficiendam, ibi: *substituit duos futuros Conjuges ut infra substituendos.* Quamobrem cum in substitutione inferius continuata non retrinxit fideicommissum extrahendorum ad casum obitus Macchiavelli abique filiis, sed quo integre legitur eorum substitutio præcedens, sed ulterius progressus